




# Apophthegmata

<https://hdl.handle.net/1874/304486>







Litterae Graecae

Folio n<sup>o</sup>. 141.

633. **Plutarchus**, *Dicteriae* [latine] a Fra. Philelpho. — Fra. Petrarca, *De vera sapientia dialogi*. [Utrecht, Nic. Ketelaer en G. van Leempt c. 1473]. 2<sup>o</sup>. W. 2<sup>o</sup>. 1411

Type 1. — HMT 37 (38) 1. — HC 13138. — CA\* 1423. — MMW II 209. — Met een versierde initiaal op gouden grond.

Zie over dit werk de aantek. bij MMW II 209. — Samengeb. met nr. 199. — In den catalogus van 1670.

199. *Defensorium fidei contra Judaeos, haereticos et Saracenos*. [Utrecht, Nic. Ketelaer en G. van Leempt c. 1473.] 2<sup>o</sup>.


E. 2<sup>o</sup>. 2071

199 — Derde exemplaar.

W. 2<sup>o</sup>. 1412

Samengeb. met nr. 633.











1

Additiones plutarchi ad  
valerium maximum.



C. A. 1420

N 115. C



Tabula titulorum seu capitulorum in sequenti opere contentorum.

Et primo.

De religione titulus	.i.	De ingratia	.xix.
De neglecta religione	.ii.	De parentum amore	
De sompnijs	.iii.	erga filios et e contra	.xx.
De institutis antiquis	.iiii.	De pietate erga patres	.xxi.
De re militari	.v.	Libere dicta aut facta	.xxii.
De maiestate	.vi.	Graviter dicta aut facta	.xxiii.
De patientia	.vii.	Sapienter dicta aut facta	.xxiiii.
Qui humili loco nati		Virre dicta aut facta	.xxv.
clari evaserunt	.viii.	Facete dicta aut facta	.xxvi.
De constantia et fortitudine	.ix.	Breviter dicta aut facta	.xxvii.
De moderatione	.x.	De iusticia	.xxviii.
De abstinentia et continentia	.xi.	De studio et industria	.xxix.
De amicitia	.xii.	De dolo et versutia	.xxx.
De ira et odio	.xiii.	De protervia et solertia	.xxxi.
De liberalitate	.xiv.	De senectute	.xxxii.
De avaricia	.xv.	De honorificentia	.xxxiii.
De superbia et arrogancia	.xvi.	De his qui mortem	
De vitio	.xvii.	sibi intulerunt	.xxxiiii.
De gratis	.xviii.	De mulieribus claris	.xxxv.

Est autem sciendum quod plutarchus iste natione grecus tum philosophus tum orator doctissimus claruit temporibus traiani cesaris cuius et ipse instructor fuit. et qui presentes diatribas siue adiciones ad valerium maximum ex pluribus ac diuersis commentarijs in hoc breue coegit opusculum: alio diuersoque et quasi contrario quam valerius modo procedit. Ipse enim valerius urbis rome principaliter. dehinc exterarum gentium dicta factaque contra vero noster plutarchus exterarum gentium principaliter. postea romanorum dicta pariter ac facta memoratu digna recitat.



Ad magnanimū principē philippū mariam inclitū mediolanenē  
ducem francisci philelphi dideriarum plutarchi cheronenē ad  
traianum cesarem. que et addiciones ad valerium maximum  
recte dici vossunt e greco in latinū traductio. Incipit feliciter.

**P**lutarchus traiano imperatori. S. p. d. Cum  
atarxerli persarum regi o maxime impator  
cesar traiane obequitanti aliquando obui  
am factus agricola quidam ac rudis homo  
cui nichil aliud esset. aquam vtraq; manu  
e proximo haustam flumine obtulisset: iu  
eundus ille surridensq; suscepit. Quippe qui nō rei que dabat  
vel inopia vel vsu: sed alacri dantis voluntate gratiam meti  
retur. Existimabat etiam eum qui benigne parua prompteq;  
acciperet non regali min⁹ humanoq; fungi munere q̄ si mag  
na largiretur. At ligurgus tenuissima sparte sacrificia statuit  
quo ex presentibus rebus venerari deos imortales expedit e fa  
cileq; possent. Qua ipse quoq; ductus sentētia tenuia tibi mu  
nera cōmunesq; philosophie primicias offero hisce cōmētarijs.  
Que si quam aut ad mozum disciplinam. aut ad cognitionem  
imperitantis rationis affinitatem habent: vnacum offerentis  
affectione suscipe atq; vttere. Hīs namq; vt spero mirifice de  
lectaberis. non modo q̄ dicacitates libero dignas homine. sua  
uissimosq; sales pre se ferunt: verum etiam quoniam mirabilem  
quandam vberemq; ac variam sententiarum grauitatem ad  
omnem orationem augendam atq; exornandam adhibitura  
porrecturaq; videntur. Nichil enī est vt ita dixerim humanis  
in actibus vaffre. callide. pudice. continēter. generose. constan  
ter. benigne. liberaliter. inocenter. integre. amice. nichil deniq;  
magnifice. nichil sapienter. nichil cum virtute et laude dictum  
factum vt. q̄ non inde exemplum venari queat. Vale.



De religione tytulus primus.

**I** Agurgus quod modo tetigi percunctate quopiam quā-  
obrem parua adeo tenuiaq; deorum imortaliū sacrificia  
statuisset. Quo iquit nunq̄ abhonoranda diuina re desistam?

**I**tem cōsulentibus thebanis de sacrificio ac luctu quem leu  
cothoe prestarent consilium dedit. Siquidem deam ducerent:  
haud lamentarentur. sin autem hominem arbitrarentur: non  
proinde ac dee sacrificarent.

**T**hali quoniam magnus ab age  
silao lacedemoniorum rege beneficijs affecti essent. cum et tem  
plis eum et diuinis honoribus prosecuti essent. et hac de re le  
gatos misissent. Agesilaus lectis eorum honoribus quos legati  
ad se tulissent. rogauit an eorum patria deificandorum hominū  
potestatem haberet. Quod cum illi affirmassent. Agite inquit  
facite vos ipsos prius. Quod si feceritis: tum crediturus sum  
potestatem vobis esse deificandi etiam mei.

**E**idem victori ex  
asia redeūti obsistere conati sunt athenienses et boethi ceteriq;  
eorum socij apud coroneam. quos omnes graui prelio vicit.  
Cuius victoriae vel maxima fuit laus. q̄ cum pleriq; ex fuga se i  
templū minerue cōiecissent querereturq; ab eo quid hīs vellet  
fieri. et si aliquot vulnera acceperat eo prelio. et iratus merito  
esset omnibus qui aduersus eum arma tuberāt. tamen atetulit  
ire religionem. et eos vetuit violari. Neq; vero hoc solum in  
grecia fecit vt tēpla deoz sancta haberz. s; etiā apud barbaros  
summa religiōe oīa simulacra arasq; cōseruauit. Itaq; p̄dicabat  
mirari se nō sacrilegoz numero h̄ri q̄ supplicib; eoz nocuissent  
aut nō grauioribus penis affici qui religionē minuerēt q̄ qui  
fana spoliaret. **P**ericles ad amicū quēdā qui falsum illum  
testiōm rogaret. vbi iusiurandū interueniebat: r̄ndit se ad aram  
vsq; amicū esse. **C**leomenes anaxādrīde filiū cū in longam  
egrotationem traheretur. expiatoribusq; ac vatibus fidem quā  
minus antea consueuerat adhiberet: ob idq; quispiam miraret.



Quid miraris inquit? Non enim idem nūc sum? qui tunc eram  
Cum ergo idem non sum? nec eadem etiā probō.

De neglecta religione. ij.

**P**ausanias lacedemonius vir tum vicijis tum virtutibus  
magnus cū apud suos prodicionis argueretur existimās  
furore eoz ac rabiē effugere ī edē minerue q̄ calchiāicos appellat  
confugit. Hic ne exire posset statī lacedemonij valuas ei? edis  
obstruxerūt. tectūq; sunt demoliti. q̄ celerius sub diuo iteriret.  
Sic pausanias magnam belli gloriā turpi morte maculauit.

De sompnijs. iij.

**C**Julium sompnio proxime noctis confusum. Nā visus erat  
per quietem stuprum matri intulisse coniectores ad am  
plissimam spem icitauerunt. arbitrium terraz orbis portendi  
interpretantes. Quoniam mater quā subiectā sibi vidisset non  
alia esset q̄ terra que omnium parens esse predicatur.

De institutis antiquis. iij.

**L**acones nemine minus modulis carminibusq; studebāt.  
In hīs autem stimulus quidam inerat ad vim animi in  
citandam. et ad imperium quasi furentem quendam atq; strē  
nuū inducendum. ac dictio erat et facilis et seuera. Habebatq;  
aliud nichil q̄ tum eozum laudationes qui generose fortiterq;  
vixissent. ac p̄clare ac fausse pro sparta occubuissent. tum  
etiā eozum vituperationes qui metu id agere detrectassent. pro  
uide atq; tristem vitam miseramq; vixissent. Erat p̄terea p̄e  
ceptio quedam atq; iactantioꝝ excitatio pro etatū qualitate ad  
virtutem. Tribus enī choris pro tribus etatibus in celebra  
tibus constitutis: vnus senectutis incipiens canebat. Nos oī  
fuimus robusti iuuenes. s̄brentis vero etatis alter respōdens  
inquiēbat. Nos autē sumus. q̄ si velis piculum facito. At pue  
ricie tercius. Nos autem erimus multo p̄fecto robustiores.  
Atq; numeri primi illi quibus et in tripudijs. et cum in hostes



ferrentur vtebantur. vt et fortiter et audenter agerent. mox  
temq; contempnerent incitabant. Nam ligurgus bellice exerci-  
tationi studium musice admiscuit. quo bellandi uehemētia mo-  
deratione temperata consonantiam conuenientiam ꝑ haberet.  
Itaq; rex anteꝑ pugnas iniret sacrificabat musis. quo et ora-  
tione preclaraq; mēoria digna facinora pugnantes redderent.

**I**nscriptiōes q̄ q̄ i sepulchris fierent ꝑhibuit nisi eoz qui  
belli obijissent. Itē et luctus et lamentationes. **A**d hec pere-  
grinari eis non licebat. ne externis moribus ac malis viuendi  
disciplinis ibnerent. Atq; ne pegrini qui in vrbem confluerēt  
mali cuiuspiam doctores ciuibus existerēt: eos vrbe pellendos  
statuit. **C**omedias et tragedias neqnaꝑ audiebant. q̄ neq;  
serio neq; ioco audirent que legibus contradicerent. **A**rchi-  
logum poetam cum esset lacedemone eadem hora expulere. quo-  
niā accepissent eum poetice scripsisse meliꝝ esse amittere arma  
ꝑ mori. Sic enim ait.

Aspida que circum perijt michi callipon alto

In luco saron possidet ille meam

At caruisse armis ꝑ mortem occumbere prestat

Aspide ꝑo capta mox melioꝝ dabitur

**U**num vero id quoddam ex pulchris visum est beatiq; in-  
stitutis. q̄ exuberantiam honesti ocij ciuibus ligurgus inue-  
nerit. Nam in sordida arte versari nullo modo licebat. ac ne  
in questuaria quidem que operosam congeriem negociatio-  
nelq; contineret. Fecerat enim diuicias et spernendas et con-  
tēpnendas oīno. **V**ex mācipia eis colebant. redditūq; ferebant  
cōstitutū. **P**rohibebāt etiā et eē naute. et vti nauali pugna  
At cū ꝑterioꝝe tpe ꝑ nauale pugnaꝑ maritimi ꝑicipatꝝ potiti  
eēnt. rursus eū ciuiū mores inquinati ex hoc ituerent: desiste  
Sed rursus mutatione sunt vsi quemadmodum in alijs rebus  
omnibꝝ. Etenī conuectis ꝑidē ad lacedemonios pecunijs. qui



cōreperāt morte dampnati sunt. Nam alcameni et theopompo  
regibꝫ oraculum redditum est. fore vt auaricia periret sparta  
Verumptamen lysander cum fecisset captiuos athenienses. et  
auri et argenti multum inuexit. et hñ quidem exceperunt. vi-  
rumqꝫ honorarunt. Itaqꝫ ligurgi legibus cum vrbs vteretur.  
iurandumqꝫ seruaret: grece principatum bonitate legum et  
gloria annos quingentos tenuit. Cum ea vero paulatim tranf-  
grediretur. et habendi auaritia diuiciarꝫ studium inuaderet:  
tum vires diminute sunt. tum socij propterea sunt eos exosi.  
Attamen qꝫuis ita haberet. post philosophi macedonis victo-  
riam ad cheroniam. cum omnes eum greci et terra et mari im-  
peratozem appellassent: ac etiam alexādrum filium suum post  
fufos euersosqꝫ thebanos. soli lacedemonij licet urbem sine mu-  
ris haberent. essentqꝫ admodum pauci ob continua bella. tñ  
etiam longe inbecilliores. et qui facile capi possent: tamē cum  
breues admodum quasdam ligurgi instōnum scintillas adhuc  
seruarent. neqꝫ vna militare. neqꝫ cum hñs neqꝫ cum alijs dein-  
ceps macedonicis regibus. neqꝫ in cōmunē concessum ingressi  
sunt. neqꝫ tributum tulerūt. qꝫusqꝫ despectis oīno ligurgi legibꝫ  
a proprijs ciuibꝫ in tyrannida acti. nec amplius quitqꝫ ex  
patria instōne seruantes et aliorum effecti similes superiorē  
gloriam elationemqꝫ amiserunt. in seruitutemqꝫ migrarunt. ac  
nunc quemadmodū alij greci romanis parent. **L**acedemonijs  
olim hec erat disciplina. vt honeste parerent. labores constan-  
tissime perferrent. pugnandoqꝫ aut vincerent aut interirent.  
Amare preterea eos pueros qui probi essent animo pmissum  
erat: rem autem cum ipsis habere turpissimum censebatur. pro-  
inde atqꝫ non animus sed corpus potius amaretur. Mos etiā  
fuit iuniores interrogari a senioribus et quo proficiscerentur  
et qꝫobrem. et qui minus responderet. aut causas neceret ob-  
iurgari. Qui vero senior delinquentes non obiurgasset: pari



castigationi erat obnoxius cui delinquēs ipse. Et qui castiga-  
tionem moleste ferret in magno erat opprobrio. **L**igurgus  
ad illum qui miraretur q̄ virum simul cum nupta cubare pro-  
hibuisset. imperassetq; vt plurimum diei cum equalibus vna  
esset: noctes autem totas quiesceret. cum sponsa vero et clam  
et non sine pudore congrederetur. ait. Ut et valentioribus cor-  
poribus quandoquidem ad satietatem vsq; non coiuerint. et  
amādo semper sint noui. natosq; robustiores gignant. **I**dē  
cum nubendi tempus certum statuisset tum mulieribus tum  
et viris: ad eum qui huiusce rei quereret. respondit. Ut partus  
ex adultis geniti valentiores essent. **I**nterrogatus etiam  
quāobrem paucas adeo tulisset leges. Quoniam inquit pauca  
dicentibus paucis etiam legibus opus est. **P**ercunctante  
autem ab eo quodam quare puellas aperta facie: vxores autē  
velata in propatulū ire statuisset. Quia inquit puellis viri sunt  
inueniendi: at vxoribus viri seruandi. **S**partiate diligen-  
tiam come adhibent. quoddam ligurgi de hac re dictum cele-  
brantes. q̄ et pulchros coma magis decoros: et turpes formi-  
dabiliores faceret. **C**yrus persarum rex cum ea regio mon-  
tuosa asperaq; esset: vellentq; propterea et mollem capere. ne  
id quidem passus est. inquiring et plantarū semina et hominum  
mores atq; ingenia regionū quoq; similitudinem trahere. Nie-  
bat etiam illum imperio dignum non esse: qui subditis non  
esset melior.

**De re militari. v.**

**M**ennon qui cōtra alexandrum pro rege dario bellum ge-  
reret quendam sub se merentem qui multa de alexandro  
maledice petulanterq; loqueret: vbi lancea percussisset. Ego in-  
quit te alo vt pugnes: non vt maledicas de alexandro. **A**nti-  
tigonus alexandri successor cum milites quosdam esiet ituitus  
qui thoracibus et galeis ad pilā luderēt: gauisus est. eorumq;



duces accersunt quos laudaret. Ut autē potitare eos audiuit: illozum ducatus militibus dedit. Philippo autem eiꝝ filio multis presentibus percūctanti. quando castra mouebimus? Quid inquit times. nunquidne solus tubam audies? Thabzias eos dicebat pulcherrime officio imperatoris fungi qui res hostium maxime noscerent. Dicere etiam. consuevit formidabilius esse ceruozum agmē ductu leonis: q̄ leonum ceruo duce. In eandē sententiam scipio minor numantinos adorsus in fugam vertit cumq; victos grauius seniores ferrent. exprobanter quid eos fugissent quos totiens fugassent: Numantinum quendam dixisse fert. pecudes easdem esse: ac pastorem aliū. ¶ Theopompꝝ cum quadam vrbe murum sibi quidam ostenderet. et an sibi pulcher altusq; videretur interrogaret. Minime si mulierum ē inquit. ¶ Ligurgus etiam de muris querentibus inquit eam urbemq; viris non lateribus cincta esset: sine muris nequa q̄ esse. ¶ Agesilaus quoq; lacedemonioꝝ rex quodam percunctante q̄ obrem sparta careret muris. ostensis armatis ciuibus hī sunt inquit lacedemonioꝝ muri. Rursus idē alio querente. Non lapidibus inquit et lignis: sed habitantium virtutibus muri sunt fabricandi. ¶ Panthoedas vero legione in asia fungens ostentantibus ei quibusdam murum et magnum et sublimem. Per deos inquit peregrini pulchra est mulierum domus. ¶ Agis rex dicere consuevit non esse lacedemonios interrogandos quoniam essent: sed vbi essent hostes. Idē admantineam cum hostes quoniam plures essent sui impugnare recusarent: ait. Qui multis vellet dominari opus esse vt cum multis quoq; pugnaret. ¶ Et pedaretus dicente quopiam magnum esse hostium numerum. Ergo inquit eo maiorē gloriam consequemur quo plures enecabimus. ¶ Epaminunda thebanozum imperatoꝝ cum didicisset armigerum per multas ab homine captiuo pecunias recepisse. Michi ait clipeū redde.



tibi enim faciundo questui tabernam emitto. Non enim apli  
eque discrimen subire velis qui vnus e diuitibus factus es.

**I**dem cum lacedemonij copias aduersus thebanos educerēt  
oraculaq; thebanis referretur. quorum quidem alia victos iri.  
alia victores eos fore dicerent: iussit hec ad tribunalis dextrā  
illa vero ad leuam poni. Quibus factis assurrexit iquiens. Si  
parere imperitantibus et cum hostibus virili congrédi animo  
volueritis: hec vobis oracula sunt. melioraq; ostendit. Quod si  
formido vos ceperit: illa. et i deteriora orationē vertit. **M**re  
autem cum ad pugnam egrederetur eum precante ut se saluū  
faceret. Hoc alios ait monendos esse: at principem et pretozē  
vt ciues faciat saluos. **E**t cum quidam dixisset. In hostes i  
cidimus. Quid in illos nos magis inquit incidimus. q̄ in nos  
illi? **H**abuit autem epaminunda obtreatorē mencecliden  
quendam atq; aduersarium in administranda republica. satis  
exercitatum in dicendo. vt thebanum scilicet. Namq; illi genti  
plus inest virium q̄ ingenij. Is q̄ in re militari florere epami  
nūdam videret. hortari solebat thebanos ut pacem bello ante  
ferrent. ne illius iperatozis opera desideraretur. Ut ille. Fallis  
inquit verbis ciues tuos q̄ a bello eos euocas. Oñ enim noie  
seruitutem concilias. Nam paritur pax bella. Ita q; qui ea vo  
lunt diutina frui: bello vsitati esse debent. Quare si principes  
grece vultis esse o thebani: castris est vobis vtendum. non  
palestra. **L**ex erat thebis q̄ morte multabat si quis diuci  
imperiu retinuisset q̄ lege prefinitū foret. Hanc epaminunda  
cum rei publice conseruande causa latam videret: ad pernici  
em ciuitatis conferre noluit. et quatuoz mensibus diutius q̄  
populus iusserat gessit imperium. Namq; animaduvertebat nisi  
id fecisset totum exercitum ob pretoz impudentiam inscitiāq;  
belli perituz. Postq̄ domū reditū est: college ei hoc crimine  
accābant. Quibus ille permisit vt oēm causam i se trāsserēt



suarū opera factum contenderent vt legi non obeant. Quia  
defensione illis periculo liberatis: nemo epaminūdam respon-  
surum putabat. q̄ quid diceret non haberet. At ille vt in iudi-  
cium venit: nichil eorum negauit que aduersarij crimini da-  
bant. omniaq̄ que college dixerant confessus ē neq̄ recusauit  
quo minus legis penam subiret. sed vnum ab hīs munus pe-  
tunt. vt titulo suo iscriberent. Epaminūda a thebanis morte  
multatus est. q̄ eos coegit apud leuctram superare lacedemo-  
nios. quos ante se imperatorem nemo boetorum ausus fuit as-  
picere in acie. q̄q̄ vno prelio non solum thebas ab interitu  
retraxit: sed etiam vniuersam greciā in libertatem vindicauit  
eorū res vtroq̄q̄ perduxit. vt thebani spartam oppugnarent:  
lacedemonij satis haberent si salui esse possent. neq̄ prius bel-  
lare destitit q̄ mecene restituta urbem eorum obsidiōe clausit.  
Hec cum dixisset: risus omnium cum hilaritate coortus. neq̄  
quisq̄ iudicium ausus est ferre sententiā. **U**hic epaminūda  
uxorem numq̄ duxit. In quo cum reprehenderetur q̄ liberos  
non relinqueret epelopida qui filium habebat infamē. maleq̄  
in eo patrie consulere diceret. Vide inquit ne tu pei⁹ consulas  
qui talem ex te natum relicturus sis. Neq̄ vero stirps potest  
michi deesse. Namq̄ ex me natam relinquo pugnam leutricam.  
que non modo michi superstitem sed etiam imortalem fore ne-  
cesse est. **Q**uo tempore duce pelopida exules thebas occu-  
perunt. et presidium lacedemoniorum ex arce expulerunt: epa-  
minūda q̄ diu facta est cedes ciuium domo se tenuit. q̄ neq̄ de-  
fendere malos volebat. neq̄ impugnare. ne manus suorum san-  
guine cruentaret. Namq̄ omnem ciuilem victoriam funestam  
putabat. **U**hic extremo tempore imperator apud mātineam  
cum acie instructa audacius instaret hostibus. cognitus a lace-  
demonijs q̄ in vnius perniciē eius patrie sitam putabant sa-  
latem. vniuersi i vnū impetū fecerunt. neq̄ prius abscesserūt



quod magna cede multisque occisis fortissime ipsum epaminundam  
pugnantem sparo eminus percussum considere viderunt. Huius  
casu aliquotulum retardati sunt boethii, neque tamen prius pugna  
excesserunt quam repugnantes profligarunt. Ut epaminunda cum  
animaduertezet mortiferum se vulnus accepisse, simulque si ferum  
quod ex hastili in corpore remanserat extraxisset: animam sta-  
tim emissurum. usque eo retinuit quoad renunciatum est vicisse  
boethios. Id postquam audiuit. Satis inquit vixi, inuidus enim  
morior. Tum ferro extracto confestim exanimatus est. **U**nus  
de virtutibus satis erit dictum si hoc unum adiunxero quod non  
it inficias. thebas et ante epaminundam natum et post eius  
interitum semper alieno paruisse imperio, contra eam quam diu ille  
prefuit reipublice caput fuisse totius grecie. Ex quo intelligi  
potest unum hominem pluris quam civitatem fuisse. **A**liiter sicut  
non contrarie de morte epaminunde ab alijs scripto relictum est  
Cum is apud mantineam prelium cum lacedaemonijs gereret  
traiectus hasta sanguine et spiritu deficiens, recreare se conantes  
primum an clipeus suus saluus esset, dein an penitus fusi hostes  
forent interrogavit. Que postquam ex animi sententia comperit  
Non finis inquit comilitones vite mee, sed melius atque excel-  
lentius initium aduenit. Nunc enim vester epaminunda nascitur  
que sic moritur. **C**ecilius metellus cum munitum castellum adoziri vel-  
let, dixissetque centurio, Si modo, x. viros amiserit: fore ut castellum  
caperet. Rogavitque eum metellus an vellet unus ex x. esse.  
**L**eonida alexandride filius in termophilis cum iam esset ait ad  
comilitones, Dicunt barbari in proximo esse. Quare tempus non est  
terendum. Iam enim aut vincere barbaros aut nos mori libet. Et quia  
dicente, Adsum prope nos. Ergo inquit nos quam prope illos adsumus.  
Et cum alius dixisset, O leonida aduersus multos cum paucis dimi-  
caturus sic ades. Si me inquit multitudini fide habere existimatis:  
nec omnis grecia satis est, si autem virtutibus: vel hic numerus satis est.



Et percundante quopiam quāobrem hostiū cadauera ligarg?  
spolianda vetuisset. Ne circa spolia tempus terentes inquit se  
haberent negligentius. quinpotius paupertatem vnacum or  
dine seruarent. **H**amilcar hānibalis pater cum fere omnia  
in cicilia peni amisissent: ille erycem sic defendit. vt bellum eo  
loco gestum non videretur. Interim cartaginenses classe apud  
insulas egatis a romanis superati statuerunt belli facere finē  
eamq; rem arbitrio permiserūt hamilcaris. Ille et si flagraret  
bellandi cupiditate: tamē paci seruiundum putauit. q; patriā  
exhaustam sumptibus diutius calaritates belli ferre nō posse  
intelligebat. sed ita vt statim mente agitaret si paulum modo  
res essent refecte. bellum reuocare. romanosq; armis persequi.  
donec aut virtute vicissent. aut victi manus dedissent. Hoc ani  
mo pacem conciliauit. In qua tanta fuit ferocia. cum catulus  
negaret bellum compositurum nisi ille cum suis qui erycem te  
nuerunt armis relictis sicilia decederent: vt succumbente pa  
tria ipse periturum potius dixerit q; cum tanto flagicio do  
mū rediret. Non enim sue esse virtutis arma a patria accepta  
aduersus hostes hostibus tradere. Huius pertinacie cessit catu  
lus. Ut amilcar postea q; mare transiit in hispaniamq; venit  
magnas res secunda gessit fortuna. maximas bellicosasq; gen  
tes subegit. equis. armis. viris. pecunia totam locupletauit  
africam. Qui cum romanis bellum inferre meditaretur: in  
prelio aduersus nettones pugnans occisus est. **H**annibali  
eius filio post camienſe bellum victori cum ceteri circumfusi  
gratularētur suaderentq; vt tanto perfundus bello diei quod  
reliquum esset noctisq; insequentis quietē et ipse sibi sumeret.  
et fessis daret militibus. Maharbal prefectus equitū minime  
cessandum ratus: ymmo vt quid hac pugna sit actum scias. die  
quinto victor in capitolio epulaberis. Sequere cum equite.  
vt prius te venisse q; venturum sciant. Precedant inquit



hānibal inimici. Veta res est quam suades. sed via maior q̄  
vt statim capere animo possem. Itaq; voluntatem se laudare  
maharbalis ait: ad consilium p̄sandum temporis opus esse.  
Tum maharbal. Non omnia eidem dñi dēdere. Vincere scis  
hannibal: victoriā vti nescis. Mora quoq; eius diei satis cre  
ditur saluti fuisse vrbi atq; imperio. ¶ **T**anta vero fuit in  
ea pugna romanorum strages. vt ipse hānibal cuius maiore  
ex parte virtus seuericia constabat: in flumine gello corpori  
bus romanis p̄te facto exercitum traduceret. ¶ **C**uius pug  
ne exitum magone senatui penozum nunciante. inq; tanti  
successus fidem anulos aureos trium modiorum mensuram ex  
plentes fundente qui interfectis romanis ciuib; detracti erāt.  
hannon consilij plenus atq; excellentis vir p̄ndentie ques  
uit an aliquis sociozum post tantam cladem a romanis defe  
cisset. At ille vt audiuit neminem ad hannibalem transisse:  
suasit protinus vt legati romā per quos de pace ageretur mit  
terentur. Cui; si sententia valuisset neq; secūdo punico bello  
victa carthago: neq; tercio deleta fuisset. ¶ **E**dem hannibal a  
iulio consule nauali prelio vict; timensq; classis amisse penas  
dare: offensam astutia auertit. Nam ex illa infelici pugna pri  
usq; cladis nuncius domum veniret. quendam ex amicis com  
positum et formatum cartaginem misit. Qui postq; ciuitatis  
curiam intrauit. Consulit vos inquit hannibal cum dux ro  
manozum magnas secum maritimas copias trahens adue  
nerit: an cum eo conflagere debeat? Acclamauit vniuersus  
senatus non esse dubium quin oporteret. Tum ille. Confligit  
inquit et superatus est. Ita liberum hīs non reliquit id fac  
tum dampnare: quod ipsi fieri debuissent iudicarent. Fabi;  
maximus cuius non dimicare vincere fuit. et de quo virgili;  
vnus qui nobis cunctando restituit rem. cum nollet cum hā  
nibale acie conflagere: sed cunctando exercitum eius terere.



quī tum pecunie tum annone premeret inopia. per aspera et  
montuosa loca insequabatur. et sese a latere egressus oppone-  
bat. Cumq; a multitudine rideretur. et hānibalis vocaretur  
pedagogus: id minimi pendens cogitatibus suis atq; consilijs  
utebat. Et ad amicos conuersus dicebat eum sibi tardiozem  
videri qui cauilla conuiciaq; metueret: q̄ qui hostes fugeret.  
Insuper cum de collega minutio quoniam hostes aliquot pro-  
strasset magnus rumor esset. quasi vir esset nomine romano  
dignissimus. Magis se inquit secundam minutij fortunam q̄  
aduersam petimescere. Pauloq; post cum in insidias incidisset:  
et minutius simul cum exercitu perire videretur. vbi ipse aux-  
ilium tulit. cum magnum hostium numerum perdidit. tum illū  
seruauit. Itaq; hānibal ad amicos dixit. Nū sepe pdixi vobis  
fore aliquando vt montana nubes in nos ymbres resolveret.  
Atq; post kannensem cladem creatus imperator vnacum claudio  
marcello viro et intrepido et q̄ cum hannibale q̄libentissime  
semper dimicaret: sperabat ipse fabius si nemo breui futurum  
vt hānibalis miles attritus fessusq; deficeret. Quamobrem di-  
cebat hannibal maiori sibi metui esse fabium pugna vacuum  
q̄ pugnantem marcellum. Ergo vt scipio pugnando: ita hic  
non dimicando maxime vrbi atq; imperio succurrere visus ē.  
Alter enim celeritate sua cartaginem oppressit: alter cunctatiōe  
sua id egit ne roma opprimi posset. **E**t cum miles lucanus  
aquid eundem fabium esset accātus q̄ mulieris amoze noctu se-  
pe a castris vagaretur: ceterum mirabili armorum virtute vir  
esse narraretur. mulierem qua deperibat eo clam deprehendi  
et ad se duci iussit. Ut autem adducta est. accersito homine. q̄  
preter legem inquit pernoctares haud nos latuit: at ne quidem  
prius latuerat q̄ pbitati studeres. Quare fortiter tuis ac recte  
factis errata condonentur. Reliquum nobiscum eris. habe enim  
sponsorē. Et adductam mulierculam ei comēdauit ac tradidit.



**E**paminunda thebanorum rex de quo supra meminimus carnalioribus se infestum prebebat. ac talem amouit exercitu inquit ens. Dixit tribus quatuorve clipeis tegi eius ventrem. cuius magnitudinem suam ipsius mentulam ne videre quidem posset.

**I**n hanc sententiam gaius cesar cum ab amicis hortaretur ut anthonium atque dolobellam de quibus male opinabantur sibi cauere. respondit. Non hos sibi rubicundos et pingues timori esse: sed macilentos illos ac pallidos bruto cassioque ostensis.

**P**aulus emilius romanorum dux cum macedoniam per locos saltuosos inuasisset. ac instructos hostes aspexisset: nascica eum hortante ut confestim illos adoriretur. Facerem istud quidem inquit. si tua michi etas esset. Verum multa michi experientia impedimento est. ut itinere fatigatus aduersus instructam aciem dimicem.

**C**attho senior eum sibi militem dicebat odio esse qui ambulando manus. pugnando autem pedes moueret. ac sterteret magis quam inclamaret. Atque pessimum eum aiebat imperatorem qui sibi ipse imperare non posset.

**A**lexandrum cum apud arbellas aduersus decies centena hominum milia de summa rerum dimicandum foret: amici adire qui milites accusarent quod intra tabernacula sermonem haberent ac paciscerentur ut nichil omnino spoliorum in regiam relaturi forent. sed sibi ipsis comparaturi. At ille sarridens. Bona inquit nunciatis omina. Audio namque his viris non fugiendi consultationes esse. Ac permulti milites eum aducentes. Rex aiebant fide. neque hostium multitudinem pertimesce. ipsum enim pedes nostrum non perferent.

**A**ntigonus secundus cum bello nauali aduersus ptholomei pretores pugnaturus esset. gubernatorque dixisset hostium naues multo plures esse. At me inquit presentem aduersus quot naues opponis? **I**s vero hostibus inuadentibus cum aliquando fugeret: ait nequaquam fugere. sed ipsum utile quod retro positum esset insequi.



Pyrrhus congressu habito cum romanis cum his eos vicisset  
multis et amicis et ducibus eius interfectis. Sívno item plio  
romanos ait vicerimus: actum de nobis fuerit. Cumq; super  
huiusmodi victoria plurimum laudaretur. Et quid michi ait  
de victoria vbi robnr exercitus amitto? **S**cipio vbi cartagi  
nem cepisset ac milites quam cepissent captiuam prestanti for  
ma ac virginem adducerent ac illi darent. Libenter inquit ac  
ciperem: si priuatus non imperator essem. **A**lq; in sicilia cu  
quis percūctaretur cuius rei fiducia cartaginem foret classem  
traiectur? ostensis armatis exercitatisq; viris trecentis. et alta  
turri que e mari eminebat. Nemo est horum inquit qui vbi su  
per hanc turrim ascenderit non se si iussero precipitem iaciat.  
**E**t cum quidam romanus adolescēs pulcherrime ornatum scu  
tum ostentaret. Neus inquit scipio o adolescens scutum certe  
pulchrum est. verum decet romanum virum in dextra potius  
spes suas q̄ i sinistra collocet. **A**gesilaus rex cōsulente quo  
piam digressum fugientibus hostibus dandum esse. Et quomō  
inquit si aduersum eos qui pre metu fugiunt non pugnamus:  
cum his pugnabimus qui ob fortitudinem manent? **A**rchi  
damus agesilai filius i peloponēsi bello interrogatus a locōs  
quantum pecuniarum foret satis. rogantibusq; vt tributa ter  
minaret. Bellum inquit ordinata non querit. **L**acon claud?  
ad bellum egressus quibusdam eū subsannantibus ac ridētib?  
conuersus. Mala ait capita. non est cum hostibus fugiendo pug  
nanō. sed manendo ordinemq; seruando. **A**lter ictus sagitta  
cum vitam relinqueret. Non hoc inquit sibi cure esse q̄ more  
ref: sed q̄ a molli et semiuiro sagittario esset occisus. egissetq;  
ipse nichil. **L**acon alius cum in dolore oculoꝝ egrederetur  
ad bellum. et aliqui ei dicerent. Quo vadis ita affectus. aut  
quid facturus? Si aliud inquit nichil egero: saltem hostis gla  
diū ebetabo. **L**acones i bellis amicibus puniceis utebantē



tum enim color eis virilis videbatur. tum coloris sanguinolētia id agebat ne apud hostes letis clamoribus increbesceret si quis eorum saucius fieret. sed lateret illos id potius propter virilem coloris similitudinem. ¶ Dumq; imperatoria calliditate vicissent hostes: marti bouem sacrificabant. quancumq; autem aperto prelio: gallum. Assuefaciētes hi quidem ductores suos non solum bellicosos esse: verumetiam imperatoria calliditate astutiq; pollere. ¶ Ligurgus eorum rex interrogante quodam quare frequenter castra mutanda iuberet. Ut maiore inquit detrimento inimicos afficiamus. ¶ Alio itē querente cur turres oppugnare prohibuisset. Ne inquit aut a muliere aut a puero. aut ab aliquo huiusmodi homine fortiores interimerentur. ¶ Monebat autem ligurgus qui bello in fugam vertissent hostes vicissentq; eosq; insequerentur quoad foret victoria consummata. deinde continuo reditum facerent. Eam esse utilitatem inquit qd cum hostes scirent lacedæmones eis parcere qui cederent. sustinentes vero tollere: fugiendum vtilius qd manendum esse ducerent. ¶ Cumq; a quodam interrogaretur quot essent lacedæmonij. Permulti ait tibi videbuntur si eos pugnantes inspexeris. ¶ Xerxes darij filius quos in castris speculatores grecos deprehēdisset nullo affecit supplicio quin vbi iussisset vt audacter intuerentur libere dimisit. ¶ Lucullus in armenia cum .x. milibus peditum et mille equitum aduersus tygranem qui .c. l. milia hominum in expeditione haberet pridie nonas octobris profectus est. quo die prius scipionis copie a cymbris consumpte sunt. Quare cum quidam dixisset romanis illum diem infaustum esse atq; formidabilem. Igitur pugnemus inquit hodie impigre. quo hunc qd romanis diem ex atro et tristi hilarem iucundq; reddam. Et cū cathaphratos maxime metueret: milites bono animo esse iussit. Futurum enim plus laboris ait in illis spoliandis qd vincendis.



10

Atque cum collem primus ascendisset: barbarorumque modum aspexisset. magna voce inquit. Dicimur o comilitones. Ne nemine sustinente dum illos fugat. romanos quinque leto interceptos amisit: hostes vero supra. c. milia occidit. **T**ullij volscorum ducis versuti in re militari consilium qui ad bellum inferendum romanis maxima cupiditate accensus. cum aliquot aduersis preliis contusos animos suorum. et ob id paci proniores animaduerneret: insidiosa ratione quo volebat compulit. Nam cum spectandorum ludorum gratia magna volscorum multitudo romanam conuenisset: consulibus dixit vehementer se timere ne aliquid hostile subito molirentur. monuitque ut essent cautiores. Et protinus ipse vrbe egressus est. Quam rem consules ad senatum retulerunt. Qui tamen nulla suspicio faterat: aut tamen tullij commotus ut ante noctem volsci abirent decreuit. Qua contumelia irritati facile impelli potuerunt ad rebellandum. Ita mendatium versuti ducis simulatione beniuolentie inuolutum duos simul populos fefellit. romanos ut insontes notarent: volscos ut deiecti irascerentur. Cicero cum post pharsalicum prelium pompeio fugiente noui quidam dixisset adhuc aquilas septem apud ipsos esse: et ob id ut bono animo essent hortaretur. **R**ecte inquit moneres si cum graculis nobis pugnandum esset. **E**t cum potius victoria cesar prostratas pompeij ymagines honorifice erexisset: ea de re loquens cicero ait. Cesar in erigendis pompeij statuis suas firmat. **I**dem cesar in prelio legionis martie signiferum ineunda fuge gratia iam conuersum faucibus comprehensum in contrariam partem detraxit. dexteramque ad hostem tendens. Quorsum tu iquit abis. Illic sunt cum quibus dimicandum est. Et manibus quidem unum militem: adhortatione vero tam acriter omnium legionum trepidatione correxit vincique paratas vincere docuit. **C**umque ad pharsalicam instructam aciem milites locis suis stare hostemque recipere pompeio



iussisset: eum errasse cesar dicebat. ꝓ illā militū aīmi ex cursu incitationē. illam vim. illam pugnandi alacritatē naturalit̄ in a tam debilitasset. ¶ **U**b agesilaovt argiui posteaꝓ essent superati rursū ei audentius obuiam facti sunt: vidensqꝫ agesilaus trepidationem suorum. Mude te ait o viri. Nam vbi nos victores horremꝫ: quid illos facere putatis quos vicimꝫ? ¶ **C**icero in suis oratorijꝫ libris bñ maiores nostros hoc cōparasse dixit. vt neminem regem quem armis cepissent vita priuarēt. Quid ita? Quia quam nobis facultatem fortuna dedisset iniquū esse aiebat in eorū supplicio consumere quos eadem fortuna paulo ante in āplissimo statu collocarat. Pretereaviri fortis est qui de victoria contendat eos hostes putare: qui victi sunt eos hoīes iudicare vt possit bellū fortitudo minuere. pacem hūmanitas augere. At ille si vicisset forsan non idē fecisset. Non forte tam sapiens fuisset. Cur igitur ei parcis? Quia talem stulticiā contemnere: non imitari consueui. hec cicero.

**De maiestate. vi.**

**I** Conida alexandride filius ad quēdam qui dixisset preter regiam dignitatem alio nichil nobis prestat. At ni vobis inquit melior extitissē: dignitatem regiam adeptus non essem. ¶ **P**halaris epistrato cuidam ꝓ se fortunatum diceret ita rescripsit. Non secus ꝓ ad fortunatum aliquem ad me scribere videris. Ego autē condicionem meam tibi paucis explicabo. Scilicet a prima infantia orbū fuisse. a iuuentute fati iniquitate patria exulasse. res meas maiori ex pte amisisse. barbaris educatū esse moribus. ex omī terra iuria affectū ꝓfugisse. Neqꝫ solū ab hostibꝫ: sed ab his quos beneficijs ꝓsecutus sum insidijs circūueniri. et tyrannoz vitā in tyrannide detestari. Si hoc inꝓ est fortunatum esse fortunati ꝓfecto sumus. ¶ **I**dem de moteli. Longe periculosius fore censeo deponere ꝓcipatum ꝓ occupare. Et ad summā ita de tyrannide quēadmoꝫ



de generatione et vita sentiendū est. Neq; enim homo si fieri  
posset vt ante p̄ nasceretur quenā mala in vita passurus esset  
audiret nasci vn̄ p̄ voluisset. Neq; priuatus qui tyrannidi stu  
deret. si illius intelligeret. calamitates tyrannus potius q̄ pri  
uatus esse vellet. Sic homini non nasci q̄ nasci: et priuatu n̄  
q̄ tyrannum esse vt illius intelligo. Qd si ante occupatam tyran  
nidem eius michi narrata condicio fuisset: michi p̄ eam non oc  
cupandi consilium dedisset. obtemperassem profecto. Sed cum  
tyrānus sum: et p̄cipatu coactus in multa incidere non modo  
hominum nemo. sed ne deorum quidem potentissimus hanc ty  
rannidem deponendā michi suaderet. Vaud enī ignoramus qui  
bus quantisq; nos affecturos supplicis ab his in quos graui⁹  
animaduertimus: vitam postremo finire cogemur. Et quem  
admodum sagittarius cum primo sagittam emisit nō ampli⁹  
habet eam reuocandi potestatem: sic nec tyrannus occupatam  
tyrannidem. Si igitur fieri potest vt huius tyrannidis tollat  
iniciū. id facias queso. sin nequit: scias velim longe minus  
fieri posse vt tui michi monitus conferre videantur.

**De patientia. vii.**

**I**unior dyonisius eiectus ex tyrannide cum interrogaret  
quid sibi plato ac philosophia profuit. respondit. Vt eq̄  
animo facileq; ferrem huiusmodi fortune mutabilitatem. In  
terrogatusq; quonāmodo factum sit. vt cum eius pater et pau  
per et priuatus syracusanos in suam dicionem vendicasset: ipse  
et tyrannus et tyranni filius amiserit. At pater inquit cum po  
pularis domi natus odio esset res inuasit: ego vero cum tyran  
nus natus inuidia essem. Cūq; ab alio idem rogaretur. Pater  
inquit suam michi tyrannidem reliquit: non fortunam. **S**e  
leucus rex fratri qui ciues criminaretur q̄ sibi magis q̄ illi  
aduersarentur. Tu enim inquit iniurias vt ego pati nescis.



**L**ysander cum a quopiam iuribus afficeretur ait. Dicitis crebrius o peregrinelle. dicitis nichil omittens. si tuum his malis euacuare animum possis: quorum plenus videris esse.

**Qui humili loco nati clari euaserunt. viij.**

**A** Bathocles filius figuli fuit qui sicilie dominatum adeptus rexque appellatus fictilia pocula consuevit iter aurea ponere. eaque minoribus ostendens dicere. Ego cum huiusmodi antea pocula consulcerem: impresentiarum quoniam diligentie et fortitudini studui. hec facio. **I**nsuper cum urbem obsideret. et quidam e menibus per conuicium diceret. O figule quo pacto militibus stipendium solues? Mansuete is atque surridens ait. cum hanc cepero. Cum autem viribus in suam egisset ditionem captiuos venundabat inquiring. Si conuicio me rursus affeceritis: querar apud dominos vestros. **E**phicrates quoniam cerdonis esset filius contemptui erat. is tamen magnum in grecia principatum belli virtute obtinuit. Qui cum ab oratore quodam in concione rogaretur. Quis es qui ita efferris animo. vtrum eques an sagittarius nun pedes an scutatus? Nullus sum inquit horum: sed qui hisce omnibus imperare didicerim. **C**icero orator in nomen cauillatus. et amicis ut id mutaret hortantibus ait. Ciceronis nomen sese facturum quod et cathonum et catulorum et scauorum nomen illustrius. **P**halaris in epistolis ita habet. Gloriari profecto de nobilitate ut de alio quouis bono licet. Ego autem virtutem solam nobilitatem scio: cetera omnia fortunam. Et fieri possunt quidem aliquid ex ignobilibus penitentibus clarum. aliquid ex claris ignobilis. ipseque seipso et abiectissimis ignobilior. Itaque autem virtutem apud syracusanos laudibus persequi debes: non maiorum mortuam in ignobilibus successoribus nobilitatem.

**De constantia et fortitudine. ix.**

**D**ionisius syracusanus senior posteaquam in tyrannidis initio obsideretur. insurgentibus aduersus se ciuibus: amici consulebant



ni vellet superatus captusq; mortem dare magistratum impe-  
riumq; dimitteret. Ut ille bouem a coquo iugulatum cōfessi q;  
prolapsum intuens. Non iucundum ac triste est inquit nobis  
metu mortis que tam breuis est tantum ac tale imperium dese-  
rere? **C**aius fabzicius consul cum romanos a pirzho epitho-  
tarum duce victos accepisset: labieno dixit. Pirrhus romanos  
vicit. non epythote. Et cum multum auri daretur a pirzho ad  
quē pro redimendis captiuis venerat: neq; accepit. **P**ostri-  
die vero qui maximus elephantus esset instructu pirzhi post  
terga ignorantia fabzicio clamorem emittens repente apparuit  
Quo facto cōuersus fabzicio ac surridens. Me ait nec auxheri  
nec hodie bellua pmouit. **R**oganteq; eum pirzho vt secū  
esset. ac proximum post se imperium haberet. Neq; tibi hoc in-  
quit conducit. Nam epythote si ambos nos nozint: ab me regi  
q; abs te maluit. **R**ursum fabzicio pirzhi medicus epistolā  
misit qua polliceretur si is iuberet se pirzhum veneno iuterfec-  
turum. Ut fabzicius eam epistolam ad pirzhum dedit. sanioze  
vt mente vteretur monens: quoniam et amicorum et hostium  
pessimus iudex esset. Sed posteaq; insidijs compertis pirzhus  
medicum suspendio affecisset. reddidissetq; fabzicio captiuos  
sine redemptionis precio: eos nō recepit gratis. sed ne mercedē  
cepisse videretur. totidem sibi captiuos remisit. Nā neq; pirzhi  
gratia insidias significasse affirmavit: sed ne romani dolovide-  
rentur ad necē vti. perinde atq; palam vincere minus possent  
Silla occupata vrbe summa cupiditate ferebat vt. c. marius  
q; celerrime hostis iudicaret. Cuius voluntati nullo obuiā ire  
audente. solus seuola contradixit. Quē etiam truculenti sibi mi-  
nitanti fuisse. Licet inquit michi agmina militum quibus curiā  
circumdedisti ostentes. licet mortem idētidē miniteris: nūq;  
tamen efficies. vt propter exiguum senilemq; sanguinem meū  
mariū a quo vrbs et ptalia conseruata est hostem iudicem.



**L**ycostrotus argiuorum proterus cum ad cuiusdam castelli predictionem  
gradi pecunia ac matrimonio lacene mulieris quam ipse vellet pro-  
ter regias ab archidamo hortaretur: respondit. Archidamum ex  
herculis genere nequaquam esse. Hercule enim lustrato orbe malos  
supplicio affecisse: at bonos archidamum facere malos. **P**ha-  
laris ypolicioni eius hosti fide data eum adire volenti ita rescrip-  
sit. Aditum tibi ad me ut rogas permitto. Nullum autem tibi securi-  
tatis iusiurandum damus: sed fidem. Quod si verbis meis non credis  
me profecto nunc iniuria afficis. teque ipsum nunc michi accusas.  
Cum enim non ignores nemini me unquam fidem fregisse: ac si de me  
male sentias petis iusiurandum. Vix quid refert ad pietatem  
iusiurandum ne an fides frangatur. Vtraque enim animus confirmat.

**L**ocat polienide ac syronis proterus cum sibi esset a quodam nu-  
tium e duobus filiis alterum mortuum esse. Diu sciebam in-  
quit eum mori oportere.

**T**ynnicus trasibuli filii mortem  
fortiter tulit. In hunc vero epigramma huiusmodi factum est.

Exanimis pitanen clipeo trasibilis in acri  
Confossus septem vulneribus rediit  
Passus ab argiuis. que tergo nulla gerebat  
Tynnicus hume igni cum daret hec loquitur  
Flere decet timidos: oculis te nate sepulchro  
Cedo meum siccis ac lacedemonium

**E**paminuda thebarum dux cum fractis federibus ab alexandro  
phereorum tyrano captus esset: pundeque illi malediceret. tyrannusque  
dixisset. Properas mori. Maxime inquit. quo thebani magis  
excandescant: ac tu citius penas des.

**D**e moderatione. x.

**P**hilippus macedo cum accepisset alexandri regi pro filios ex pli-  
bis suscipet mulieribus. Proinde inquit quoniam huius regni emu-  
los dato opera. ut honestus et probus fias: quod non mea. sed tua gratia reg-  
num adipiscare. Nec multa homini agas que egisse me penitet



**A**theniensem vero factionum ducibus gratias habere se dicebat qui suis moribus meliorem eum facerent tum verbis tum etiam operibus. Enitō enim eos inquit et verbis simul et rebus mendacii arguere. **A**ntigonus alexandri successor cum ab hermodoto solis filius in poematis esset scriptus. In his metum ait olifer iste nequaquam sentit. **M**edaretus non electus in numero trecentorum. qui quidem honos in vrbe ceteris dignitate prestabat. hilaris surridensque incedebat. Gaudere se inquit si quidem trecentos viros haberet ciuitas sese meliores. **L**acon quapiam de re interrogatus respondit. non. Is autem qui interrogarat cum se mentiri respondisset: Vides ne inquit te vanum esse qui que noxis interrogas? **P**ericles cum pretorem gesturus esset assumpta clandestine ad sese loquebatur. **C**ave pericles. in liberos homines magistratum geres. et eos quidem grecos atque athenienses. **T**elecer quidam lacedaemonius ad eum qui dixisset patrem maledictis in ipsum uti. Nisi his inquit dignus essem: haud pater vteretur. Et cum quispiam ab eo esset percunctatus quantum substantie possideret. Plus inquit quam satis est. **A**nthiochus rex cum in venacione quadam feris insequendis ab amicis seruisque aberrasset: hominis cuiusdam pauperis casulam ignoratus ingreditur. Et cum intercedendum sermonem de rege iniecisset: audiuit cum aliis bonum esse. sed flagiciosiis amicis obsequente plerumque minus attendere quod ad rem venacionis studiosus foret ut res necessarias plerumque negligeret. Atqui tunc locutus est nichil. Sed cum primum illuxisset: stipatorum ad regiam aduentu. vbi quis esset allata purpura atque dyademate patuisset. Date inquit purpuram quam postquam accepit vix de me nisi hac nocte non audiui. **A**gesilaus rex cum moreretur amicis iussit nullam sibi neque fictam neque pictam facerent. ita enim ymagine appellabant. Nam si quod ab me opus illustre factum est: hoc michi monumentum. sin vero



nullum neq; si omnes quidem statuas feceritis. **S**imicito nichanorem accusante q; assidue philippum macedonem maledictis laceraret. amicisq; suadentibus arcessendum illum ac plectendum esse. Verum nichanor inquit philippus non est macedonum nequissimus. Atq; ubi nouit nichanorem inopia uehementer affligi. imperauit largicionis quiddam ei dari. Rursusq; cum symicito mirificas de eo apud oēs laudes nichanorem uidisse predicare. Videtis ne inquit in nobis esse et vituperari et laudari?

**T**himoleon corinthius sine dubio omnium iudicio magnam siciliam a tyrannide et omni seruitute liberauit. Nempe arcem syraculis quam munierat dyonisius ad urbem obsidendam a fundamentis disiecit. cetera tyrannidis propugnacula demolitus est deditq; operam ut quominus vestigia seruitutis manerent. Ciuibus veteribus sua restituit. nouis bello vacuefactas possessiones diuisit. urbium menia disiecta fanatq; deserta refecit. Ciuitatibus legem libertatemq; reddidit. Ex maximo bello tantam pacem toti insule consiliauit. ut hic conditor urbium earum non illi qui inicio dederant uideretur. Quiquidem cum suas laudes audiret predicari. nunquam aliud dixit. quam se in ea re maxime deus agere gratias atq; habere. q; cum siciliam recreasse constituissent: tum se potissimum ducem esse uoluissent. Nichil enim rerum humanarum sine deorum munere geri putabat.

**H**uic quidam lamistius homo petulans et ingratus vadimonium cum uellet imponere. q; cum illo se lege agere diceret: et complures concurrissent qui procacitatem hominis manibus coercere niterentur. thymoleon orauit omnes ne id facerent. Namq; id ut lamistio et cuiuis liceret. se maximos labores summaq; adesse pericula. hac specie libertatis esse ratum. si oibus quibus quisq; uellet legibus expiri liceret. **I**n eandem fere sententiam cum quidam lamistii similis nomine de menatim in concione populi de rebus gestis eius detrahere cepisset: ac nonnulla iuehere in thymoleonta. ait



Nunc demum se voti esse compotem. Namq; hoc a dijs imortali-  
bus semper precatum vt talem libertatem restitueret syracu-  
sanis. in qua cuiuis liceret de quo velle impune dicere.

**De abstinentia et continentia. xi.**

**I**alcones in faciundo conuiuio propterea parsimonia vte-  
bantur. vt assuescerent repleti nunq;. possentq; esuriem  
ferre. Ita enim arbitrabantur vel ad bellum vtiliores fore si  
possent etiam sine cibo labores tolerare. et continentiores te-  
nuiorezq; in multum vsq; tempus degerent a paucitate sumptu.  
Et sine obsonio degere alimentiq; paucitate vti existimabant  
ad meliorem corporum valitudinem habitudinemq; accedere.  
putantes ipsum spiritum qui pre nimio alimento in profunditate  
latitudinemq; prematur: in altitudinem corpora non pressum  
attollere facereq; pulcherrima. Graciles. n. et macillati habitus  
artium agilitati parent. habitiores vero et carnosum onere suo  
reluctant. **E**paminuda thebanorum rex sic tenui victu ac vili  
erat. qd cum a vicino ad cenam inuitatus inuenisset liborum obso-  
norumq; et vnguentorum abijt illico inquit. Ego te sacrificare  
non conuiuio vti opinor. **E**t cum cocus dierum aliquot sumptuum  
rationem redderet: olei solum multitudinem moleste tulit. Admira-  
tibusq; amicis. Non sumptum inquit egre se ferre: sed quod tantum  
olei infra corpus excepisset. **C**atho senior cum apud populum  
in prodigalitate et immodicos sumptus inueheret: inquit.  
Quam difficillimum est habere orationem ad ventrem qui aures  
non habet. **L**ysander amicus quos dyonisius tyrannus ad eius  
filias preciosissimos misisset nequaquam accepit. vereri inquit  
ne hinc deformiores viderentur. **I**n multam noctem cum ad  
alexandrum mulier cui condormiret adducta foret interrogauit  
quid tam sero? Illa autem respondente. Expectaui enim quoad  
vir meus cubaret. grauius in seruos animam vertit. quam quantum  
in illis fuerat adulterium fere perpetrasset.



De amicitia. xij.

**D**arius xerxis pater cum punicum malum et id magnum aperuisset: querenti cuidam quidnam tantum habere vellet quanta esset granorum multitudo. Zophiros se velle respondit. Erat autem zophirus vir tum probus tum amicus. qui vti se ipse cecidisset. naresque et aures obtruncasset. et ita creditur babilonios fefellisset. ac dario tradidisset urbem. sepe dicebat darius longe zophirum malle integrum. quam centum capere babilonas. **P**hilippus macedo hipparci euboiei mortem egre molesteque tulit. Dicente autem quodam. Attamen tempestive ille ac mature mortuus est. respondit. Michi vero celeriter. Prius enim diem obiit quam a me dignam amicitia nostra gratiam receperit. **M**amertes cum laudibus summis efferretur quam amicis pluribus abundaret. Adversa inquit fortuna si vera sunt que profers experimentum faciet. **A**gilao phalaridis ut pecuniam humi occultaret suadenti phalaris ita legis scripsisse. Thesuros nostros quoscumque nobis deus largitus est ad fortune mutationes. non in terre quemadmodum admones sed in amicorum sinu condidimus. **A**lexandrinis post captivitatem extrema se mala a cesare augusto passuros opinantibus: Vbi cesar suggestum attendisset. ario alexandrino coram constituto ac supplicanti ait se urbi ignoscere. primum propter eius et magnitudinem et decorem. deinde ob conditorem alexandrum demum vero propter arii amicum. **D**yonisius syracusanus ad filium ingressus cum vidisset ingentem poculorum aureorum argenteorumque multitudinem exclamans inquit. Tyrannus in te non est qui a tanta poculorum quam a me accipis copia amicum tibi neminem copaueris.

De ira et odio. xij.

**H**amilcaris odium erga romanos perpetuum maxime concitasse videtur secundum bellum punicum. Vnde hannibal filius eius assiduis patris obtestationibus eo est perductus.



vt interire q̄ romanos non experiri mallet. Quisquidem velut hereditate relictū odiū paternū erga romanos sic conseruauit vt prius animā q̄ id deposuerit: Quiquidem cū patria pulsus esset et alienaz opū indigeret nunq̄ desistit animo bellare cū romanis. Nam vt omittā philippū quē absens hostē reddidit romanis omniū hīs temporibus potentissimus rex antiochus fuit. Hunc tāta cupiditate incendit. bellandi. vt vsq; a rubro mari arma conatus sit iſerre ytalie. Ad quē cū legati venissent romani qui de eius voluntate explorarent darentq; operam cō silijs clādestinis vt hānibalem in suspicionem regi adducerēt tāq̄ ab ipsis corruptum alia atq; antea sentire. neq; id frustra fecissent. idq; hanibal comperisset. seq; ab interiorib; consilijs segregari vidisset: tempore dato adijt regem. eiq; cum multa de fide sua et odio in romanos cōmemorasset. hoc adiunxit. Pr̄ meus hamilcar puerulo me vtpote nō āplius octo annos nato in hispaniam imperator proficiscens cartagine ioui optimo maximo hostias imolauit. Que diuina res dum conficiebatur quesuit a me vellem ne secū in castra proficisci. Id cū libēter audissem ab eoq; rogare cepissem ne dubitaret ducere. Tū ille Faciam inquit si michi fidem quā postulo dederis. Simul me ad aram duxit apud quā sacrificare instituerat. eamq; ceteris remotis tenentē iurare iussit. nūq̄ me in amicitia cū romanis fore. Id ego iusiurandū patri datum vsq; ad hanc etatem ita conseruauī. vt nemini dubiū esse debeat quin reliquo tempore eadem mente sim futurus. Quare siquid amice de romanis cogitas: non imprudenter feceris si me a consilijs tuis excludas. Sin vero bellum paras tu teipsum frustraberis. si nō me in eo principem posueris. **P**halaris quo tempore cum leontinis bellū gereret. et liciniū eoz ciuem odio preter ceteros haberet isdē leontinis ita rescripsit. Si meū cōtra vos bellū solui desideratis: nichil veriti michi liciniū tradite. vt oī ira et indignatiōe



mea in eum effusa. a meo in ciuitatem vestram furore desista.

**De liberalitate. xiiij.**

**P**rus iunior lacedemonios hortabatur viros ad se mitte-  
rent. monens ac pollicens peditibus equos se daturum  
equitibus vero currus. vicos autem quibus praedia essent. ac  
eos qui vicos possidebant facturum urbium dominos. Argenti  
vero et auri non numerum sed pondus his fore. **P**halaridi  
propterea quod eis non parum pecuniae largitus erat: enenses in  
referenda beneficii gratia statuas erigere intendebant. Ut pha-  
laris. Nolite queso id contendere. Simul enim cum nostra libe-  
ralitate hunc etiam vobis sumptum condonamus. **E**x his  
vero numeribus quae ipse aristeni et theotino miserat. aristenes  
partem. theotinus nichil accepit. Quamobrem alteri gratiam  
habeo inquit phalaris: de altero nichil quero. Ille enim cum  
accipet: meas non minuit facultates. hic vero me nullo damno  
affecit. **C**ymon quem athenienses tum in pace tum in bello  
multum desiderabant tanta fuit liberalitate praeditus. quod locis  
in plurimis cum praedia ortosque haberet: nunquam in eis custodem  
adhibuerit fructus seruandi gratia. ne quis impediretur quo-  
minus eius rebus quisque vellet frueretur. **O**cciso cesare quo-  
res. p. penes brutum videretur esse et cassium: excogitatum est  
a quibusdam ut priuatum erarium cesaris interfectozibus ab  
equitibus romanis constitueretur. Quod facile effici posse ar-  
bitrati sunt si et principes eiusdem ordinis pecunias contulis-  
sent. Ita appellatus est a. g. flauio bruti familiari atticus pom-  
ponius ut eius rei princeps esse vellet. Ut ille qui officia ami-  
cis prestanda sine factione existimaret. semperque a talibus con-  
silijs se remouisset respondit. Si quid brutus de suis facultati-  
bus uti voluisset: usurum quantum hec paterentur. se vero neque  
cum quoquam de ea re collotum neque coiturum. Sic ille consuetudinis  
globus huius unius dissensione dissectus est. *De auaritia. xv.*



**E**miramis quod sibi sepulchrum construxerat inscripsit.

**Q**uicūq; pecunias rex indiguerit. patefacto monumēto quod voluerit accipito. Itaq; darius sublato lapide pecuniarū nichil inuenit: sed alias reperit litteras que hec dicerent. **N**i malus vir esses ac nūmis insatiabilis cadauerū loculos non moueres. **A**ntigonus alexandri successor exigendis pecunijs erat acriter intentus. Quodam vero dicente. at alexander talis non erat. **P**robo inquit. Iste enim metebat asiam: ego culmos lego. **C.** cassius in hispania sillium et calphurniū occidendi sui gracia cum pugionibus depreheusos. quinquages sextercium ab illo: ab hoc sexagesimū dimisit. An dubites si alterū tantū daretur: iugulum quoq; equo animo illis fuisse prebiturum.

**P**erseus macedonū rex habundabat plurimo thesauro. is bello qđ cum romanis gessit quo et succubuit. cum multa milia equitū peditumq; conducti precio ad presidium eius descēdissent quibus non solum regnum tueri: sed romanos etiam repellere potuisset. missos eos per auariciā fecit. ne pecuniā cōuentam solueret. Alijs autē militib; cum vasa aurea pro nūmis de diss; simulans postea se pecuniam daturum. receptis vasis milites elusit. Ita ob custodiendam auream supellectilem omniū se militum presidio spoliatus prelio superatus est. viuentq; vnacum filijs et regia casa in modū serui ante publii emiliū triūphantis currum ductus est. vt verissimam suo exemplo testaretur illam esse sententiam. Auarus in nullum bonū est. i se pessimū. Quid hoc non rege sed vili pecude abiectū. qui auri seruandi cupiditate auro simul ac regno priuatū est? Merito itaq; ferēda esset ac promulgāda hec lex sāctior ceteris omnib;. Auaros i vrbib; ne sunt: qui fuerint edicto publico pretores eiciunto.

**De superbia et errogancia. xvi.**

**A**nnibal cannensis pugne successu elatus nec admisit quē quē ciuiū suoz i castris. nec rñsum vlli nisi p interpretē



dedit. **M**abarbarem etiam ante tabernaculum suum clara voce affirmantem prospexisse se quoniam modo paucis diebus rome in capitolio cenaret: aspernatus est. **A**deo felicitatis et moderationis diuiduum cōubernium est. **C**um senatus ad **M.** drusium tribunum plebis misisset vt in curiam veniret. Quare inquit ipse in hostiliam curiam propinquam rostris idest ad me non venit? **P**iget dicere quod sequitur. **T**ribunus senatus imperium despexit: senatus tribuni verbis paruū. **P**erles ille persarum inflati plus equo animi rex lacedemonijs thebanis atheniensibus ac toti grecie bellum indicturus. cōnotatis alicuius principibus. **N**e viderer inquit meo tantūmodo vsus consilio vos contraxi. **C**eterū mementote parendū nobis magis esse q̄ suadendū. **A**rrogāter etiāsi victori repetere regiā ei cōtigissz **T**am deformit̄ vici nescias vtz insolentiū dictū an ipudētū.

**D**euotione. xvij.

**B**rasidas cum murem aliquando comprehendisset morsus eum dimisit. **D**einde ad astantes dixit. **N**ichil est ita paruum quod si ausit inuadentibus repugnare non se incolumem seruet. **R**ursus cum alio tempore puellum intueretur qui ex ostio murem traheret: vbi mus in eum conuersus detinentes manū momordisset. fugissetq̄ puellus: astantibus ostenso mure **Q**uoniam illud minimum inquit animal sic eos excipiat a quibus iniuriam patitur: quid viris faciundum sit considerate. **P**halaris quidam ysonidio amico ita rescripsit. **A**liorum qui me leserunt inimicicias vt hortaris libenter obliuiscar. **M**ortales enim cum sumus imortale vt aiunt odium seruare minime decet. **P**ithozis aduersum me imanitatem non modo viuus obliuioni non mandabo: sed ne mortuus quidem. **Q**uipe qui iniquitatem omnium maximam in me molitus est. **S**iqui dem post meum exilium erithiam vxorem cum eius nuptiis recusatis me sequi vellet: veneno interficere non erubuit.



Iam cleobolo ita legitur rescripsisse. Multis usus es ab camerinenses rationibus. ut bellum contra me moueant: certo tamen scias non recta se suasisse. Non enim inanibus verbis quibus nos aggressus es ulciscemur. sed rebus ipsis. quas experti non amplius. michi insidias moliti sunt. Quod cum camerinenses plane sciant: nolunt rursus irati phalaridis periculum capere cum saniozem me amicum experiantur. **I**dem bymerinesibus Stesicorum et cononem et dropidam pro corinthiis vestra ex parte nauigantes a nobis captos scitote. Dropidam vobis fortasse remitemus. Cononem quod primum interfici iussimus. Stesicorum adhuc saluus est. donec eum quo mortis genere ulcisci velim: excogitabimus. **I**dem emelo cuidam iniuratori suo. Cum neque videatur nec sit iniustum eum qui iniuriam prior intulerit ulcisci. cum primum nos leseris: a nobis postmodum idem expecta. **I**dem ad eundem. Alius iniuria affectum nullam inferenti minet ultionem. ut quod minimum apud illum suspectus habeatur. Ego autem de generis viri officium existimo nescium atque incautum aggredi. Quare cum me leseris: ultionem caueas admoneo. ut ante expectationes metu: tandem ipso supplicio torquearis

**De gratis. xvij.**

**P**olicletus medicus phalaridem sicilie tyrannum grauissimo morbo laborantem pristinae valitudini restituit. Qua in re phalaris gratus esse volens: cum magnis policleto muneribus hanc quoque suauissimam rescripsit epistolam. Nescio quid de te potius admirer policlete. medicine ne facultatem. an morum fidem. facultas enim aduersam tyranni valitudinem: mores autem tante cedis premia vicerunt. Par hec ambo iusticia tua discurrens duobus me periculis fluctuantem. ut scilicet incurabilis morbi et hostium premijs liberauit. Solum namque tibi licuit si morbo perissem: tyrannum videri interemisse. quod tibi plurimum ad eiusdem premia consequenda profuisset. Siquidem fortasse occasio illa



temporis ad me iterimendum. propter morbum. iuste cedis cau-  
sam non habuit. Ego igitur qui ita mecum egeris cum in tua  
essem potestate dignam tanta virtute gratiam referre nequeo  
Hoc vnum scio eam te assecutum doctrinam que digna deo sit  
qui medicine artem inuenit. Verumtamen tum medicine. tum  
et fidei laudibus nisi ad te animi mei erga te monumenta. puri  
auriphialas quatuor. cratheras atgenteos non nostri temporis  
artificij duos. poculorum tericleorum paria. x. puellas impol-  
lutas. xx. l. milia atticozum. Scripsi preterea et theucrovt in  
rerum mearum dispensatione id tibi salarium det quod nauium  
gubernatores et corporis custodes et reliqui centuriones acci-  
piunt. Paruam pro tanto beneficio vicem. Sed addatur mi-  
noxi mee gratitudini me confiteri non habere quo pacto pro  
meritis debitum tibi possim persolvere.

**De ingratis. xix:**

**P**ompeij cum aduersus cesarem similtas in aperto iam  
esset: et marcellin<sup>9</sup> vn<sup>9</sup> ex his qui a pompeio producti  
ad dignitatem fuerant. deinde mutato erga cesarem a<sup>o</sup>. multa  
in senatu in pompeium loqueretur. Non te pudet marcelline  
inquit maledictis me onerare. per quem e muto loquax factus  
es. et esuriem cum vomitu commutasti. **A**pu<sup>9</sup> athenas con-  
uictus a patrono libertus ingratitude iure libertatis exiit  
Superse<sup>9</sup> te inquit h<sup>9</sup>re ciue<sup>9</sup> tanti muneris ipiu<sup>9</sup> estimatozem  
nec adduci possum vt creda<sup>9</sup> vrbi vtilē que domui scelestu<sup>9</sup> cerno  
Abi igitur et esto seruus: qm<sup>9</sup> liber esse nescisti. **C**atho dice-  
bat eam magne ingratitude cōsuetudinē regib<sup>9</sup> eē. vt casus  
aduersos hoib<sup>9</sup> tribuāt: secūdos fortune sue. Quo fit vt facile  
ipellāt ad eoz p<sup>9</sup>nicie quoz dudu res male geste nuncient.

**De parentum amoze erga filios et econtra. xx.**

**H**esilaus rex cum mix in mo<sup>9</sup> filios amaret ferē cāna  
ynacu<sup>9</sup> pueris puis tāq<sup>9</sup> equo ascensa domi ludere solit<sup>9</sup>



Dilus autem ab amico quodam rogavit ne cui prius id diceret  
quod ipse filios genuisset. **Q**uidam alius filii amantissimus cum  
eum illicitis ac periculosis facibus accensum ab insana libidine  
pater inhibere vellet: salubri consilio patriam indulgentiam temp  
avit. Petiit enim ut priusquam ea quam ardebat accederet: vulgari  
ac permissa venere uteretur. Cuius precibus obsecutus infelicis adolescentis  
animi impetum faciente permissi concubitus resolutum, ad id quod  
non licebat tardiozem pigriozemque reddens paulatim deposuit  
Ignote memorie romanus quidam cum a filio insidias necis  
pari sibi comperisset, nec induci posset ut verum sanguinem ad  
hoc sceleris progressum crederet: seductam uxorem enixe rogavit  
ne se ulterius celaret, siue illum adolescentem subiecisset, siue  
ex alio concepisset. Assueveratione deinde ac iureiurando se nil  
tale amplius suspicari persuasis: in locum desertum filio perducto,  
gladium quem occultum secum attulerat tradidit, ac iugulum ferendum  
prebuit, nec veneno nec latrone ei ad pagendum parricidium  
opus esse affirmans. Quo facto, non paulatim sed magno impetu  
recta cogitatio pectus iuuenis occupavit. Continuoque abiecto  
gladio. Tu vero inquit pater vive etsi tam obsequens, et hoc  
precari filio tuo permittas, me quoque vivendo exupera. Hoc  
vnum queso ne meus erga te amor eo sit tibi vilior quam ortum  
a penitencia sumit.

**De pietate erga patriam. xxi.**

**T**himotheus cum athenis causam pro se diceret: non solum  
amici privatique hospites ad eum defendendum convenerunt  
sed etiam iason tyrannus thessalie illius temporis omnium po  
tentissimus. Qui cum in patria sine satellitibus se tutum non  
arbitratur athenas sine ullo presidio venit, tantique hospitem  
fecit: ut mallet se capitis periculum adire, quam thimotheo de fama  
dumicanti de esse. Hunc adversus tamen thimotheum postea populi  
iussu bellum gessit patrie sanctiora iura quam hospitem esse ducens



**E**paminunde thebanorum ducis temptata est constantia a dyo medonte cyziceno. Namque is rogatu atarxerxis p[er]sae regis magno cum potere auri thebas venit. et michitum adolescentulum. v. talentis ad suam perduxit voluntatem. quem tum epaminundas plurimum diligebat. Michitum epaminundam conuenit. et causam aduentus dyomedontis ostendit. At ille dyomedonte coram. Nichil inquit opus est pecunia. Nam si rex ea uult quam thebanis conducunt: gratis ea facere sum paratus. sin autem contraria. non habet auri atque argenti satis. Namque orbis terrarum diuicias accipere nolo pro patrie caritate. Tu quod me incognitum temptasti. tuique simile exististi: non miror tibi que ignosco. Sed egredere propere. ne alios corrumpas: cum me non potueris. Et tu michi argentum huic redde. aut nisi confestim facis: ego te tradam magistratui. Hunc autem dyomedon cum rogaret ut tuto exiret. liceretque efferre que secum attulerat. Et istud quidem inquit faciam. neque tua causa. sed mea. ne si tibi sit pecunia adempta: dicatur id ad me ereptum peruenisse quod delatum accipere noluissem.

**B**rutus pro gloria romulo. quod ille urbem. hic romanam libertatem condidit. filios suos tarquinum a se ob uiolatam lucretiam expulsum reducentes comprehensos. proque tribunali uirgis cesos ad p[er]illum religatos decollari iussit. Exiit patrem ut consulem agerque orbibus uiuere quam publice uindictae desse maluit.

**M**aulius torquatus in filium a macedonibus crimine concussionis accusatum. plenissime diligentissimeque auditis testibus ita pronunciauit. Cum sillanum filium meum pecunias a macedonibus extorsisse probatum michi sit: et republica eum indignum et domo meo iudico. proindeque e conspectu meo abire iubeo. Tanta tristitia percussus sillanum lucem ulterius iterum non sustinuit. suspensioque se proxima nocte consumpsit. Peregerat iam torquatus seueri et religiosi iudicis partes satisfactum erat republice. habebat ultionem macedonia. potuit tam uerecundo filii obitu patris inflecti rigor



At ille neq; exequijs adolescentis interfuit. et cum funus eius  
educeretur: consulere se volentib; surdas aures accommodauit.  
Videbat eni se i eo atrio cōsedisse i quo imperiosi illi; torquati  
conspicua ymago posita erat. prudentissimoz; viro succurrebat  
effigies maiorum cū titulis suis. idcirco in prima parte edium  
poni solere. vt eorum virtutes posterū non solum legerent: sed  
etiam imitarent. **M**arcus scaurus filio suo fugiēti a pzelio  
misit qui diceret. libentius se in acie eius interfecti ossib; oc-  
cursum. q̄ ipsū tam deformis fuge reum visurum. Itaq; si quid  
modo reliquū in pectore verecūdie superesset. conspectum patris  
degenerati vitaret. Quo accepto nūcio iuuenis coact; est fortit;  
aduersū seipsū gladio vti: q̄ aduers; hostes vsuffuerat. **R**ec  
min; animose aulus fului; vir senatorij ordinis euntē i aciem  
filium retraxit: q̄ scaurus e pzelio fugientem ab egit. Namq;  
iuuenē et īgenio et lris et forma iter equales nitentem prauo  
cōsilio amicitia catiline secutū medio itinere abstractū supplicio  
mortis affecit. Prefatus nō se illū catiline aduersus patriam:  
sed patrie aduersus catilinam genuisse.

**U**ebere dicta aut facta. xxij.

**P**hocion cum aliquādo apud populum sententiā dicens  
Auditorib; grat; esset: intuereturq; omnes qui cōmuni  
eodemq; consensu quod dixisset admitterēt. ad amicos cōuertit  
ait. Nun fortassis malū quippiam locut; sum nescius? **A**gis  
rex cū flagicios; homo sepi; rogaret quis spartiatarū optim;  
foret. Qui tui dissimillim; est respondit. **A**d ciceronem cum  
metell; nepos dixisset. Plures testimonio tuo occidisti q̄ pa-  
trocinio seruasti. Eteī plus michi est inquit fidei q̄ eloquencie  
Interrogante eciam eodem quis ei pater esset. Hanc responsi-  
onem ait cicero difficiliozem effecit mater tua. fuerat enim me-  
telli mater impudica. **A**gesila; cum solus venisset ad phi-  
lippum. et philippus dixisset. Quid hoc. solus venisti? Etenī ad



vnū rrspondit. ¶ Archidamus agesilai filius cum a philippo post cheronie pugnam in qua pilippus victor extitit asperiore accepisset epistolam. ita rescripsit. Si vmbra tuam metiri vo- lueris. haud nunc maiorem eam inuenies q̄ esset ante victoriā

¶ Idem p̄fectus aliquando aze butitarum minerue cum a pediculo morderetur nō se auertit: sed eo ī omnium conspectu comprehenso atq; interfecto addidit. Per immortales deos li- benter insidiatozem interficio vel in ara. ¶ Atqui neq; homo

quispiam cum maledictis eum oneraret. Certe propterea iquit in omnes ipse maledicis. quo respondentes non satis temporis habeamus de tuo vicio loquendi. ¶ Idem quoniam greci in

his federibus que cum antigono et cratero icta fuerant rescri- bendis ei obtemperare nollent: nec in libertate se vendicare.

Pecudem ait eandem semper sonare vocem: hominem vero et multas et varias quousq; animi sententiā absolnerit. ¶ Pau-

lus emilius secundus consulatum petens repulsam habuit. Sed vbi īpicia ac mollicie īperatoꝝ bellū aduersum xersen ac ma- cedonas p̄lixitatē accepit: et ob id cōsulē illum declarassent ait Eis se gratias non habere qm̄ nō eo ess; īperatoꝝ designatus.

q̄ tā īperio sibi q̄ illis īperatoꝝ op; esset. ¶ Dercyllidas cū pyrr; esset cū exercitu in sparciataꝝ solo legat; ad eū missus. īperante pyrrō vt aut regē suū cleouiniū recipient: aut futuz esset vt cognoscerent se fortioꝝ esse neminē. r̄ndit. Si quidē d; es haud metui; . sin autē hō: nobis certe non es melioꝝ.

¶ Grauit̄ dicta aut facta. xxiiij.

**A**lexander adhuc puer his que prospere philippus multa ac p̄clara gereret minie letabat. sed ad sodales cōuersus puezos aiebat. Ut michi pater nichil relinquet. Respondentib; autem pueris. Ille tibi hec omnia comparat. vex quid p̄dest iquit alexāder. si multa sunt nobis: cum agamus nichil. ¶ In terrogatus themistocles vtrum achilles mall; an homerus esse



20

Tu autem ipse inquit vtrum victor in olimpia esse mallet: an victor precor? Alcibiades atheniensium princeps accersit ab atheniensibus ex sicilia ad capitalem causam seipsum abscondit. Cumq; ei dixisset quidam. Nun credis patrie iudicio teipsum Ego ne matris quidem respondit. ne fortassis ignoras pro albo calculo nigrum imittat. Vbi vero audisset sese ac suos ab atheniensibus morti adiudicatos. At his cōdemus inquit nos viuere. Et ad lacedemonios versus detelium bellum in athenienses excitauit. Agesiplus dicente quopiam philippū macedonem lacedemonijs inaccessibleem greciam facturum. Nobis satis est inquit hospes in nostro versari solo. Filiū autem intutus cum atheniensibus effrenatius pugnantem ait Aut adde viribus. aut animositati deme. Catho senior cum se neglecto plurimorum hominum erectas videret statuas. At malo de me inquit hōines queritent cur cathonis statua posita non est. q̄ cur est posita. Idem dicebat eam magne ingrati tudinis consuetudinem regibus esse. vt casus aduersos homini bus tribuant: secundos fortune sue. Quo fit vt facile ipellant ad eorum perniciem quorum ductu res male geste nuncientur. Cleomenes anaxandride filius cum ex ciuibus quidam di ceret. Oportere bonum regem mitissimū proorsus esse. Ita inquit quoad cōtemptui non sit. Phalaris adimanto cuidam legiē ita scripsisse. Audio tibi esse cum fratre controuersiam. cum tu illum: ille contra te peiorē attestetur. Ego autem arbitror vel poti⁹ compertum habeo ceteris hominibus illum: te etiā illo nequiorē. Cum rex persarum daricum. xxx. milia epa minunde thebanorum duci misisset: grauiter dyomedontem re prehendit q̄ nauigationis tantum ad epaminundam corrupēs enauigasset. Iussitq; vt regi diceret. si q̄ thebanis conducerēt sentiret: epaminundam gratis amicum habitur⁹ foret. sin autē que nō conducerēt hostē. Rex cothius vt ab atheniensibus



ciuitatem sibi datam cognouit. Et ego inquit illis mee gentis  
leges dabo. **A**lcibiades adhuc puer cū eo captu in palestra  
comprehensus esset quem neq̄ret euadere mordebat ludantis  
manum. Atq̄ illo dicente. mordeas vt femine. Minime inquit:  
sed vt leones. **A**lexander cum ei talenta per multa a dario  
offerrentur vt asiam ex equo secum diuideret. respondit. Neq̄  
terram duos soles: neq̄ asiam reges duos tolerare. **S**cipi  
oni cum pecunie ex erario decrete essent: neq̄ eo die questores  
erarium uellent aperire. se aperiturum ait. etenim per se clau  
sum qui tam ingenti pecunia illud impleisset. **L**acon quidā  
cum ueniret dicente quopiam. Si te emero eris frugi: Etiam  
si minus inquit emeris. **A**lius cum ueniret. diceretq̄ p̄t̄ero  
Lacona uendo. increpuit inquiring. Captiuum proclamato.  
**D**emetrius cum crimini daret q̄ legatum vnum ad se lace  
demonij misissent. Nun igitur satis est dixerunt ad vnum vn̄  
**C**um ad mare pompeius e roma fugisset. ac metellus qui  
erario p̄sederet cesarem a capienda pecunia prohiberet. era  
riumq̄ occlusisset: ei mortē minatus est. At metello perterrito  
Hoc inquit cesar difficilius erat dictu michi q̄ factu. **C**um  
capitis iudicium subiret yphicrates ait calumpniatori. Cuius  
modi homo rem tu facis. qui bello istante ciuitati de me poti⁹  
q̄ mecum cōsultandum esse suadeas. **S**cipio minor cū capta  
numantia secundo triūphasset cōtentio sibi p̄ senatu ac socijs  
aduersus. C. gratū cōstituit. Quare turbat⁹ popul⁹ in eū tu  
multuabat. Tunc ait scipio. Nūq̄ nos legionū vociferatio per  
terruit: neq̄ hoīm cōfluatio atq̄ cōfusio. **G**ai⁹ popili⁹ ad  
āthiochū regē legat⁹ missus ē cū eplā a senatu q̄ iuberet āthi  
och⁹ vt exercitū ex egipto abduceret. ne ptholomei filioꝝ qui  
pupilli eēt r̄gnū occupar̄. Popiliū uerop castra adueniētē cū  
emin⁹ āthioch⁹ q̄ huānissime salutass̄ ille nō seruata salutādi  
vice tabellas r̄ddidit. Quib⁹ lectis cū rex dixisset cōsultat⁹ se



datuzq; responsum: popilius rege in gix virga circumscripto  
Hic ergo stans iquit consulta. et responde. Cunctis autem viri  
grauitatem atq; animi magnitudinem admirantibus stupenti  
busq;. et anthiocho facturum se assentiente que romani vellent  
ita popilius et salutauit eum et complexus est. **C**esar cum  
rome potificatum peteret. haberetq; eius rei emulum atq; co  
petitorem catulum qui romanis reliquis dignitate prestabat  
a matre ad fores deductus. Hodie inquit mater vel pontificem  
filium vel exulem habebis. **P**omponius atticus natione  
romanus vir et humanitate et doctrina prestantissimus sic  
grece loquebatur: vt athenis natus videret. Tanta autem sua  
uitas erat sermonis latini: vt appareret i eo natiuum quemda  
leporum esse. non ascitum. Quibus rebus factum est vt sylla nusquam  
ab se dimitteret. cuperetq; secum deducere. Qui cum persuadere  
temptaret. Noli oro te inquit pomponius aduersum eos me velle  
ducere. cum quibus ne contra te arma ferrem. Is et preturas  
et prefecturas et honores reliquos non petiit. nec sibi oblatos  
acceptare voluit. adeo quidem vt cum. Q. cicerone noluerit in  
asiam proficisci. quous apud eum legati locum obtinere posset.  
Non enim decere se arbitrabatur cum preturam gerere nolisset  
asseclam esse pretoris.

**Sapienter dicta aut facta. xxiiiij.**

**D**ionisius syracusanus senior filium cui principatum erat  
relictum cum accepisset ingenui viri coniugem viciasse:  
illum iracunde interrogauit quid homini a se perpetratum nosset.  
Adolescente autem respondente. Tu enim non habuisti patrem  
tyrannum. Nec tu inquit habebis filium. nisi hec perpetrare  
desieris. **G**aius cesar pompeiam uxorem quonia esset de clo  
dio infamata repudiavit. Deinde clodio eam ob rem acto testis ad  
ductus nichil perperam de uxore locutus est. Accusatore autem  
interrogante. Quid igitur eam eiecisti. Quoniam inquit decet



uxorem cesaris calumpnia etiam carere. **L**acon interro-  
gatus quam ob causam mēti pilos plurimum nutriret. Quo  
iūquit canos intuens nichil agam ipsis indignum. **A**rche-  
laus cum iterpotandum familiaris petulantior quidam au-  
reum cyphum ab eo peteret: illum ut euripidi puero traderet  
iussit. Admirāte autem homine. Tu enim inquit qui petas:  
at hic qui accipiat dignus es. **A**lgesilaus ille magnus ad  
eum qui tum ipsis tum aliorum lacedemoniorum vestis ali-  
mentiq; tenuitatem miraret dicit. Pro hoc hospes viuendi  
more libertatem meruimus. Quo more vel senex utebatur.  
Itaq; cum a quodā rogaretur quare vehemente hyeme siue  
tunica circumiret? Quo iuuenes inquit imitentur habentes  
hi quidem et senis et principis exemplū. **I**dem cum nocte  
repēte ex hostili solo castra moturus esset: et eū cuius amore  
teneretur ob infirmitatem relinquere ac lacrimare intueretur  
Quā durum est inquit miserescere et sapere. **C**um ephozii  
cuidam proditori tradendos milites iuberent. Agis lacedemo-  
niorum rex haud illi se inquit alienos credere qui proprios  
prodidisset. **L**ysander a persa quodam interrogatus quam  
potissimum rempublicam laudaret? Eam inquit que forti-  
bus ac timidis premia digna reddiderit. Ad eum vero qui  
dixisset ipsum a se et laudari et defendi. Duo inquit boues  
michi in agro sunt. Utroq; autem silente plane scio et qui  
nichil operatur. et qui operatur. **T**heopompus quopiam  
dicente propterea seruari spartam quia reges scirent impe-  
rare. Minime ait: sed eo magis q̄ ciues scirent pere. **S**a-  
mioꝝ legati cum rogarent cleomenē anaxandride filiū ut ad-  
uersus polycratē tyrannū bellū gereret. ob id q̄ longiore orōne  
vterent. Orōnis inquit vꝛe q̄quidē ab initio dixeritis haud  
meini. p̄pterea vero neq; media itelligo: sūmā aut neq; p̄bo  
**I**n eandē fere sniam. Legatus perinthioꝝ cū lacedemoniā



venisset: longiore oratione utebatur. Ut aut sine dicendi facto  
rogavit quid esset perinthys renunciaturus. Quid aliud iquit  
agesilaus. *¶* *¶* tu vix finem dicendi feceris: ego vero taceo.

*¶* Syranes ille perses admirantibus quibusdam cur fieret ut  
prudenter ei verbis res nequa *¶* responderent. Verborum  
inquit in se ius esse: ac rerum in fortuna et rege. Cato senior  
corripiebat ciues qui eosdem semper ad magistratum designa-  
sent. Videmini enim dicebat existimare aut non multi mgra-  
faciendum: aut non multos dignos esse qui magistratu gerant

*¶* Idem. Fures priuatorum furtozum in neruo atq; in compe-  
dibus etatem agunt. fures publici in auro atq; in purpura.

*¶* Idem in segetibus atq; i herbis bona frumenta esse. nimia  
spem habere est. Sepe audiui inter os et offam multa interue-  
nire posse. quid ergo inter offam et herbam? Hoc quidem *¶* sa-  
pienter dictum sit cogitent qui spes suas tuc cum maxime pro-  
pinque atq; infallibiles videbantur. sepe repentinis casibus ca-  
ducas et inanes expti sunt: *¶* Idem i oratione ad suos equites

Cogitate inquit cum animis vestris si quid per laborem recte  
feceritis: labor ille a vobis cito recedet. benefactum a vobis du-  
viuitis non abscedet. Si qua vero per voluptatem nequiter  
feceritis. voluptas cito abibit. nequiter factu apud vos semp  
remanebit. Ego autem o traiane cesar hoc. dictum sepe mecum  
cogitans ita semper habui velut dei poti<sup>9</sup> *¶* hominis ore pro-  
latum sit. Nec ad laboriose virtutis studium. et inbertis odium  
voluptatis quicq; vel sapientius arbitror vel efficacius dici  
posse. *¶* Idem. Multa melius de quibusdam merentur acerbi

inimici *¶* hij qui amici dulces existimatur. Illi enim sepe vex  
dicunt: hij nunq;. Sine dubio sicut hostilis mordacitas multis  
sepe correctionis causa fuit. sic contra amicorum blandicie mul-  
tis lapsus turpitudinis materia prebuerunt. *¶* Idem. In omni  
operatione nra siue i virtutis aut modestie. siue pacis. armor



siue litterarum. aut eloquētie actus sit: expediūssime plerumq;  
nos imitatio perducit. quo nunq̄ vel tardius ingenium per  
duxisset. Nam sicut vultus ad speculum. sic mores hominum ad  
exemplar facillime corriguntur aut deprauantur. Sicut prete  
rea certius eum callem ambulamus qui aliorum vestigijs sig  
natus est: sic in vita alienis exemplis promptius inheremus.  
q̄ nouam ipsi viam nullo duce suscipimus. **C**atho mirari  
se aiebat quod non ridet aruspex aruspicem dum videt. Quod  
eo spectat. quia tot ineptijs credulos homines illudunt. Hoc  
autem ad retrahendum ab his iēptijs iuuenes dixerim. Quāq̄  
deliros senes ineptire videam. qui cum mirari potius deberent  
quomodo tam diu membris trementibus vixerunt: consulunt  
qualiter victuri sunt. De morte autem nichil interrogant qua  
si illa que tantum eos distulit oblita sit. **C**icero de cathone  
sic ait. Qui aliquem cathone sapientiozem dicunt. non recte  
iudicant de cathone. Aut enim nemo. quodquidem magis cre  
do. aut si quisquam: ille sapiens fuit. Quomodo vt alia omit  
tam mortem filij tulit? Memineram paulum. videram gaium. sz  
nec comparantur cathoni perfecto et spectato viro. Quāobrem  
caue cathoni anteponas ne illum quidem ipsum quem apollo  
sapientissimum iudicauit. Huius enim facta: illius dicta laudā  
tur. hec cicero. **O**rator quidam clarus. sed gibbo p̄minentē  
deformatus galba. de quo lelij vulgaris iocus erat. ingenium  
galbe male habitare. coram cesare causam agens. et velut elo  
quio gloriabundus sepe iterās. Corrige in me si quid corrigen  
dum videris auguste hoc ab eo tandē habuit r̄sum. Ego te  
galba monere possū: corrigere autē n̄ me. **C.** potius vtinā in  
quit ad id tēp̄ me fata reseruassent quo rōani dona primū ac  
ceperūt. Non essem passus eos diuti⁹ regnare. Videbat eī ipiū  
donis corruptibile diuturnū eē nō posse. In eādē sentētiam.  
Incurta corrupta munerib⁹ senat⁹ pte. egress⁹ romā crebroq;



tacitus subsistens. O urbem inquit venalē et mature periturā  
si emptorem inuenerit. ¶ Philippus macedo ad alexandrum  
filium subditorum beniuolentiam nummis aucupantem extat  
epistola huius sententie. Quis tibi error suggerit fili eos te fi  
deles habiturum quos pecunia paraueris amicos. Sapienter  
ac regie. Pecunia siquidem mercenariorum atq; seruorum opa  
amore atq; humanitate ingenuus amor querit. ¶ Cyr<sup>us</sup> maior  
sic filios moriens alloquitur. Nolite arbitrari o fili me cum a  
vobis discessero nusq; aut nullum fore. Neq; enim dum eram  
vobiscum animum meum videbatis. sed eum esse in hoc corpe  
ex hīs rebus quas gerebam itelligebatis. Eundem igitur esse  
credite et si nullum videbitis. ¶ Plato in gorgia. Audi ser  
monem inquit quem tu fabulosum dices: ego autem verissimū  
arbitror. Qui iuste sancteq; vixit eum postq; mortuus fuit in  
beatorum insulas profectum absq; vlllo incommodo summa in  
beatitudine viuere. Qui vero iniuste atq; impie. eum in atro  
cissima proficisci supplicia que tartarum appellant. Nudi autem  
mortui iudicantur. et iudex ipse nudus est. quia defunctus. et aīo  
animum perspicit ab omnibus derelictum cognatis ac ceteris  
que hic habebat. vt iustum iudicium sit. Hec sunt o callicules  
que ipse audiui. et vera esse apprime credo. Ex his autem ser  
monibus tale quid ipse mecum ratiocinari soleo. Nichil aliud  
mors michi videt q; corporis atq; anime dissolutio. que postq;  
disiuncta fuerint: retinet vtrumq; habitum suum quem homie  
vivo habuerat. Nam corpus si magnum erat viuo homine. et  
mortuo quoq; magnum. et si pingue pingue quoq; postq; anīa  
discesserit aliquo tempore manet. et si cicatrices vulnerum ha  
bebat viuens. aut ossa quedam fracta. vel mēbra trunca: eodem  
modo profecto se habet post mortem anteaq; omnino corrum  
patur. Similiter et in anima postq; denudata corpore fuerit:  
habitus omnes in quibus se exercuit passionēs et studia inesse



perspiciuntur. Cum igitur ad iudicem anima peruenerit veluti  
ad radamantum asiaticum: confestim iudex etiam si regis mag  
ni anima esset. in ea perspicit vulnera et cicatrices iniuriarum  
quas singule operationes anime impresserunt. Videt tortuosa  
omnia falsitate atq; superbia. cognoscit nichil ibi esse rectum.  
propter licentiam. delicias. contumelias. incontinentiamq; in  
uiuendo cernit omni turpitudine animam esse repletam. Quare  
recte ad carcerem tartari imittit. vbi supplicis torquetur. aut  
vt ipsi purgati meliores fiant: aut exemplo suo alij moniti for  
midine cruciatus a peccando deterreantur. Purgantur autem  
quicumq; curabiliter peccauerunt dolozibus et hic uiue. et  
apud inferos mortui. Non enim aliter possibile impressas vi  
ciorum detergi maculas. Qui vero maxime iniuriati sunt ac  
incurabiliter peccarunt nulla his vnquam utilitas accidere po  
test. quia incurabiles sunt. sed alij exemplo suo iuuantur. Ex  
quibus ego archelaum foze et similes ei tyrannos non dubi  
to. Reges enim propter peccandi licentiam omnes pene sce  
lestissimi sunt. Testis est homerus qui reges atq; tyrannos  
apud inferos eternum cruciari asserit antalum. sisyphum. ti  
cium. tersytem. aliosq; consimiles. Priuatos autem homines  
nullus vnquam scripsit perpetuis tanq; incurabiles apud infe  
ros cruciatibus detineri. Quare feliciores certe sunt priuati  
principibus. Nec tamen prohibet aliquem bonum virum prin  
cipem esse: sed cum arduum atq; difficile sit in magna peccan  
di licentia: seipsum continere: magna laude dignum est o  
callicules. pauci tamen inueniuntur. Unus vero de his qui  
potentiam habuerunt aristides lysimachi filius virtute precla  
rus fuit. Ut ergo diximus atrocissimas viciorum ferentes in  
anima cicatrices a iudice in penas mittuntur. Quam autem ab  
omni cicatrice peccatorum deterfam videbit animam nec que  
s. t. nec vn fuerit querens admiratus ad beatorum insulas mittit.



Hec eadem etiam eacus baculum habens sicut et radamancus  
iudicat. Minos autem aureum sceptrum tenens solus sedet vtri  
usq; iudicium considerans. Ego igitur o callicules has rationes  
verissimas esse credens nichil aliud considero. q̄ quomodo mū  
dissimo animo ad minoē accedam. Ne ideo neglectis humanis  
honoribus conabor recte viuendo q̄optim⁹ fieri. Obsecro autē  
ceteros omnes et te ipsum ad hanc arcem virtutis curriculo  
tēdere. Sed hec forsā fabulose tibi quasi ab anu quadam dici  
videntur: ac ideo spernis. Non esset autē mirum hec a te sperni  
si diligenter querentes meliora verioraq; istis iuenire possem⁹  
Nunc vero cum sitis tres grecozum omnium sapientissimi: tu.  
et polus. et gorgias. non poteritis tamen vere dicere q̄ opor  
teat alia quadam nos vita q̄ ista viuere. que illic etiam pluri  
mum conducit. Omnia enim alia facile redarguuntur: hic vero  
sermo firm⁹ atq; stabilis semper manet. Quare cauere magis  
debes ne ledas. q̄ vt ne ledaris. Omnes enim studere debent  
non vt boni videantur: sed vt publice et priuatim boni sint.  
Cauetas tamen ne rudibus hec hominibus committas. Vñ enī  
nichil magis q̄ has veitillimas narrationes derident. quemad  
modum econtra ingeniosi ac sapientes nichil magis admirant⁹  
Quare cum eis sepius hec narrantur: crebro audiendo vix tan  
dem vt aux multo labore purgantur. hucusq; plato. ¶ Tullius  
vero in libro de legibus loquens de homine ita habet. Animal  
hoc prouidum. sagax. multiplex. acutum memoria. plenum rati  
onis et consiliū quem vocamus hominem preclara quadam cō  
dicione constat generatum esse a supremo deo. Solum est enim  
ex tot animantium generibus atq; naturis particeps rationis  
et cogitationis. quo cetera sunt ex partia. Quid est autem non  
dicā in homine sed in ōni celo atq; terra ratione diuinius: que  
cū adoleuit atq; perfecta est noiatur rite sapientia. ¶ Demas  
atheniensibus quondā diuinos honores negatibus alexandro



Videte inquit nedum celum custoditis: terram amittatis. Non minus sapienter dictum quod festiue. Qui enim potenti minora negat: maiora permittit. et modicus sepe libertatis vsus magne seruitutis occasio est. **C**hyantis est vox ista famosissima. Cū enim patria eius expugnata et incensa foret. ciuesque cariorum rerum sarciumculas efferrent. atque ipsum vacuum abeuntem vt idem faceret monerent. Ita inquit byas facio. omnia mea mecum porto. Quaecumque extra animam sunt nec bona nec sua iudicans: sed fortune. **P**eryander corinthus ait. Meditatio totum. Sicut est haud dubie. Nam quicquid acturus es meditare primum. vt te ratio adoptatum perducatur finem. Alioquin periculose quodlibet aggredieris. non rationi sed casibus obsequens fortuitis. Idem ait ligurgus. totam videlicet docti hominis vitam in meditatione consistere. Recte itaque dictum est. Meditatio totum. **S**cipio turpe ac stultum esse aiebat in omnibus potissimum vero in re militari dicere. non putaram. Videlicet quia explorato et excusso consilio que ferro aguntur administrari oportere arbitrabatur. Summa quidem ratione. Inemendabilis est enim error qui violentie martis committitur. **I**dem quoque negabat aliter cum hoste confligere debere: quod si aut occasio obuenisset: aut necessitas incidisset Equae prudenter. Nam et prospere gerunde rei facultatem omittere: maxima dementia est: et in angustias pugnandi compulsam abstinere se proelio. pestifere ignaue affert exitum. Eorumque qui ista committunt: alter beneficio fortune vti. alter iniurie nescit resistere. **S**amnites non paruas a romanis penas pependerunt quod herennij poncij prudens et salutare consilium neglexerant. qui auctem et sapientia reliquos prestans ab exercitu et duce eius filio suo consultus quidnam fieri de legionibus romanis apud fuzcas candidinas inclusis deberet: inuiolatas dimittendas respondit. Postero die eadem de re.



interrogatus delere eas oportere dixit. Ut aut maximo benefi-  
cio gratia hostium emeretur aut grauissima iactura vires con-  
fringerentur. Sed improuida temeritas victorum dum vtrāq;  
partem spernit: utilitates sub iugum suum missas in suam per-  
niciem attendit. ¶ Epaminunda cum thebanos armis assuefa-  
cere vellet. erant enim propter ocium solutiores. quo tempore  
ipsorum princeps electus esset: eos monebat inquiring. Etiam  
consultate viri. Nam si imperatorem gessero: imperio parendū  
esse vobis. ¶ Is vero postea q̄ alexandrum phereorum tyran-  
num qui thebanis erat hostis in amicitiam athenienses socie-  
tatemq; recepissent: eisq; ille polliceretur carnes que mina vē-  
debantur semiobolo se prebitur. At nos inquit ligna ad hasce  
carnes excoquendas atheniensibus gratis prebebimus. Ipsorū  
enim agrum excidemus: si molestiores esse perrexerint. ¶ Cū  
formosus anthiphates cuius amore themistocles tenebatur fu-  
geret atq; contempneret eum prius: at vbi magnam adeptus  
est et gloriā et potentiam adiret atq; blandiretur. Neus ado-  
lescens inquit themistocles. Sero quidem ambo: verum sapiū?  
¶ Solon mortem filij lugens interrogatus. Cur tu qui sapiēs  
diceris pro re irrecuperabili adeo vehementer ingemiscis? Et  
ideo inquit adeo vehementer ingemisco: quia rem irrecuperabi-  
lem me perdidisse scio. ¶ Socrates sanctum ac venerabile  
consilium nobis dedit. a deo nichil nisi vt nobis benefaciat  
postulare. Ille enim quid nobis expediat solus nouit. Nos au-  
tem ceci futurozumq; nescij aduersus propriam salutem inep-  
tis et importunis precibus sepissime laboramus. Nolite igitur  
mortales perniciem vestrā exoptare. Desinite iam precum mu-  
nere templa complere. In illo spes vestre sint cui lōge q̄ vobis  
ipsis cariores estis. Illi intrepide rerum vestrarum consilium ar-  
bitriumq; permittite. qui profecto meliora et si non semper io-  
cundiora prestabit. Quod si omnino nominatim orare libet:



illa poscite quorum nunquam peniteat. virtutum cultum. criminum  
cautelam. sanam mentem. nec satyricam adiectionem sani cor  
poris respicio. id est sanam mentem in corpore sano. **I**dem  
ad gloriam aspirantibus quorum ingens turba est rectum atque  
compendiosum callem designabat. ut scilicet talis quisque fieret  
qualis videri cuperet. Simplex virtutis studium sectandum  
docens: simulationis atque hypocrisis auia relinquenda. **I**dem  
cum vidisset adolescentem ingenio vultu atque habitu: sed taci  
tum. Loquere inquit ut te videam. Proprie quidem quoniam  
non vultus aut corpus. sed animus cuiusque is est quisque. cuius  
quodammodo facies sermone reuelatur. ut videri possit qui  
inuisibilis est nature. **N**ec minus sapienter a quodam cur  
sibi ad tranquillitatem animi nil peregrinatio profuisset inter  
rogatus. Noli inquit admirari. quoniam te ipse circumfers.  
Profecto enim excutere vicia moralesque prauos conuenit. et ha  
bitum cui assueuerimus exuere. Cum se enim quisque quod fue  
rat domi reliquerit. et in virum alterum versus nouum viuendi  
genus induerit: tum demum tuto peregrinari potest. Alioquin  
quid iuuat patriam fugisse. seipsum non effugiet. Siue montes  
transcendet. siue conscendet nauim: contabuntur cor vrentes  
negociorum cure. et conscie mentis archana supplicia. et tenaces  
consuetudinum pessimarum laquei. Hoc est enim seipsum circumferre. di  
cente satyrico. Celum non animi mutant qui trans mare currunt. **I**dem  
litigiosam illam ac procacem coniugem. et se in eis inopportunitatibus ab  
undantem cum patientissime supraque fide profertur admirans alchibi  
ades quesuit quam ob causam feminam tam intractabilem a se non abi  
geret. Cui socrates. Domi inquit qualiter foris viuens sit addisco  
et uxoris iurgibus aduersus exterorum arrogantiam armatus egredior  
Itaque quod sapientis est proprium alienis vicibus sese meliorem faciebat.  
**H**ec tanta socratice sapientie felicitas possessorem suum nec in  
fine deseruit. Eius furibundo prope consensu morti destinatus oblatam



veneni potionem cū nec animo nec fronte cōmotus accepisset  
et iam bibere inciperet. querelam atq; gemitum memorate con-  
iugis audiuit hoc flebiliter iterantis. Innocentem virum mozi  
Qua vociferatione cōuersus ac labris a poculo tantisp amotis  
Nunquid igitur ait o mulier nocentem mozi felicius iudicabis?  
Sic castigata vxore. ad id quod inceperat reuersus: venenū  
hausit intrepidus. Hadenus satis multa de vno homine: sed  
pauca de socrate. Huius autem accusationis ac mortis causam  
meminit plato in eutiphraone sic inquit. Ipsi homines iouē  
optimum atq; iustissimum deorum putant: et tamen fatentur  
patrem ab eo vindum fuisse quia filios impie deuorabat. michi  
autem irascuntur ait socrates quia patrem iniuriantem vlciscoz  
Et sic contraria sibi ipsis de dñs et de me dicere iuueniuntur.  
Ecce inquit socrates o eutyphron propterea ipse accusatus sum  
quia egre fero talia dici de deo. **D**atami atarxerlis exerci-  
tus duci cum . nunciatum esset quosdam sibi insidiari qui in  
amicoz essent numero: neq; credendū. neq; negligendū putauit  
sed experiri voluit verum falsum ne sibi esset relatum. **P**ho-  
cion atheniensis qui et bonus cognominatus est cum a rege  
philippo munera magne pecunie repudiaret. legatiq; hortarē-  
tur accipere. simulq; ammonerent. si ipse his facile careret: li-  
beris tamen suis prospiceret. quibus difficile esset in summa  
paupertate tantam paternam tueri gloziam. At ille. Si mei  
similes erunt hic inquit ageillus illos alet qui me ad hanc dig-  
nitatem perduxit. sin dissimiles sunt futuri: nolo meis ipensis  
illozum ali augeriq; luxuriam. **I**dem tamen prodicionis re-  
ab atheniensibus morti additus est. Qui cum ad mortem du-  
ceretur obuius ei fuit euphiletus quo familiariter fuerat vsus  
Is cum lacrimans dixisset. O q̄ indigna perpeteris phocion.  
At non inopinata inquit. Hunc enim exitum pleriq; clari viri  
athenienses habuere.



**A** Tarxerlis perlarum rex paupere quodam homine malū  
ingentis magnitudinis offerente iucunde suscepit. Per  
solem inquiring is michi videtur quem urbem quoq; ex parua  
magnā reddere posse existimaui. **C**um vero idem aliquando  
fugiens cōmeatu impedimentisq; direptis. siccis ficis vesceret  
ac pane ordeateo. Eiusmodi inquit voluptatis rudis eram.  
**D**ionisius syracusanus cum peregrinus quidam diceret se  
illi priuatim elocuturum edocurumq; quo pacto insidiantes  
prensosceret vt eloqueretur iussit. Cum vero is dionisiū adhs-  
set dixissetq;. da michi talentum quo insidiatiū signa audisse  
videaris: dedit id quidem. ea audisse simulans. et ita hominis  
astutiam admirabatur. **P**ecunias autem a syracusanis exi-  
gens. atq; illos intuens queri precari ac dicere pecuniarum  
sibi adesse nichil: vt als bis soluerent iussit. et bis terve effecit  
Sed vbi pluries imperasset: eosq; ridere et in foro circūueni-  
entes cauillari audisset: vt quiescerent iussit. Nunc ait nichil  
habent. quandoquidem nos despiciunt. **A**ccusantibus vero  
quibusdam hominem a se honorari et ad dignitatem prouehi  
qui et improbus foret. et molestus ciuibus. At volo inquit eū  
esse quem magis q̄ me oderint. **A**ntigonus rex alexandri  
successor cum per hyemē castra coegisset in illos mouere locos  
vbi rex necessariarū penuria erat: et aliqui e militū numero in  
eum maledicerent hñ quidem nescñ q̄ prope erat. tabernaculo  
virga patefacto. **F**lebitis inquit ni longius remoti maledictis  
in nos vtemini. **I**dem cum aristodemus amicus qui patre  
coquo natus esset ei consuleret vt et sumptus et largiciones  
tolleret Verba tua aristodeme ius olent. **C**esar cum piso  
a fundamentis et totum vsq; tectum accuratissime edificaret  
Bono me animo letosq; inquit facis. qui ita edificas tanq̄ ppe  
tua roma futura sit. **M**enecrates medic⁹ qm̄ desperate quedā



curationes sibi ex sententia cessissent: iupiter est appellat⁹. Hoc autem nomine importunius vtens cum ad agesilaum quoq; sic aliquñ scribere vsus esset. Menecrates iupiter regi agesilao salutē dicit. Hic reliquis nequaquā lectis rescripsit. Rex agesilao menecrati sanitatem dicit. ¶ Peryander medicus illustris arte laudatissimusq; imprimis cum inepta poemata scriberet: archidamus agesilai filius ait. Quid tandem peryarder pro gratioso medico malus poeta vocari cupis? ¶ Cum proclamasset alexander in olimpia exulibus omnibus p̄ter thebanis reditum in patriā patere: ait eudamides archidami filius. Proclamatio thebani infortunata est: verum gloriofa. Solos enim vos alexander metuit. ¶ Pausanias cum medicus quidam ei dixisset. Senex es factus. Quia iquit non sum te vsus medico. ¶ Philippus macedo cū olithij milites quererētur molestissimeq; ferrent q̄ a suis militibus proditores per contumeliā vocarent. Ineptos iquit macedonas natura esse et agrestes. qui scaphā etiam scapham dicerent. ¶ Cum antagoras poeta congrum in castris elixaret. idemq; patellam quateret: antigon⁹ rex qui post eum staret. Homerum ait putas antagora cum agamēnonis res gestas scriberet congrum elixasse? At antagoras. Tu autem rex ait exillimas agamēnonem cum illas res gereret curiosum adeo extitisse vt inquireret si quis in castris congrum elixar⁹. ¶ Agesilaus rex in asia domum intuitus que culmen haberet quadratis trabibus: possessorē interrogauit an quadrata apud eos ligna nascerentur? Qui cum nō quadrata sed rotunda natā dixisset. Nun igitur si quadrata inquit essent: rotunda redderetis? Mendic⁹ a lacone petijt. At si tibi inquit dederō: eris pauperior. Tue vero huius ineptitudinis qui primus porrexerit auctor est futurus. quippe qui ibertem te fecerit. ¶ Et dū quis in tabula quadam picta laconas ab atheniensibus iugulari diceret. Fortes quidem athenienses. Lacon tempestiue



subdidit. Et hi quidem in tabula. ¶ Cum metapontino cuidam  
lacon metum exprobareret. Attamen inquit non parum alieni  
habemus agri. hic autem ait. Non solum igitur meticulosi: sed  
etiam iniusti estis. ¶ Peregrinus quidam cum redus in alterum  
crus indueretur calceis: ait ad lacona. Nequaquam tu lacon mea  
sententia quantum ego temporis tantumdem ipse stares super pede.  
Qui excipiens. Non enim starem inquit: at ex anseribus quidem  
nullus est qui non staret. ¶ Argius aliquando cum dixisset.  
Multa sparciatarum sepulchra apud nos sunt. dixit lacon.  
At argiuorum apud nos ne ullum quidem. Proinde atque nostri  
sepe argos adorti sunt: at spartam argui nunquam. ¶ Philippus  
macedo cum athenienses ad cheronam captos. bonis eorum re-  
tentis. gratis dimisisset. suaque postmodum bona athenienses  
repeterent: surridens philippus inquit. Nonne nostra sententia  
athenienses putant in talorum se ludo a nobis victos? ¶ Et  
cum ei bellanti illatum vulnus fuisset: et medicus qui eum quotidie  
proorsus aliquid peteret. Sume inquit quod vis. nam clauem  
habes. ¶ Uphicrates atheniensis menesteum filium reliquit ex  
tressa natum cothi regis filia. Is cum interrogaretur utrum  
plus matrem patrem ne faceret. Matrem inquit. Id cum om-  
nibus mirum videret. At ille. Merito inquit facio. Nam pater  
quantum in se fuit threcem me fecit: contra mater atheniensem.  
¶ Pastor in loco maritimo gregem pascebat. cui cum videret  
mare tranquillum incessit cupido navigationem faciendi. Itaque ve-  
nundatis ouibus. emptisque palmarum sarcinis nauigabat. Aborta  
autem vehementi tempestate et naui mergi periclitante omne pondus  
navis in mare deiecit. vixque euasit exonerata naue. Paucis post  
diebus veniente quodam et tranquillitate maris admirante. erat enim sane  
tranquillum. respondens inquit. Palmas iteque vult quantum intelligo.  
¶ Calus quodam metitos crines gerens dum equo vehebat. ecce e-  
bis veteribus illos de capite fustulit. Risus statimagni a presentibus excitantur



Et ille mutuo risu ad eos iquit. Quid mirum si crines qui nō  
erant mei a me recesserunt: illi quoq; recesserunt qui mecum  
fuerant nati. **D**uobus amicis vna iter facientibus fit vrsus  
obuiam. quorum vnus perterritus arbozem scandens latuit.  
Alter vero cum se imparem vrsi fore: et si pugnare vellet sup  
atum iri intelligeret. prociens simulabat se mortuum esse. Vr  
sus vero adueniens aures et occiput eius obfaciebat. illo qui  
stratus iaciebat vsquequa; continente respirationē. Ita mor  
tuum esse credens vrsus abiit. aiunt enī non seuire in cadauer  
Mox alter qui inter frondes arboris latuerat descendens inter  
rogat amicum quidnam ad aurem vrsus esset secum locutus? Cui  
amicus inquit. Admonuit me ne posthac cum huiusmodi ami  
cis iter faciam. **C**anis quidam insiliit i macellum. Ianio in  
aliqua re occupato. et arrepto pecoris corde fugiebat. Ad quē  
Ianius conuersus fugientemq; aspiciens inquit. O canis abi:  
vbiq; fueris te obseruabo. Non enim cor michi sustulisti: sed  
cor dedisti. **E**grotus quidam a medico interrogatus quonā  
modo se habuisset preter modū. respondit in sudorem se fuisse  
resolutum. Cui medicus istud iquit bonum est. Altero aut die  
interrogatus quō se haberet. rēdit. Algoribus correptus diu  
vexatus sum. Et istud inquit medicus bonum ē. Tercio cum eo  
dem modo interrogaretur: respondit. Profluuio corporis debi  
litatus sum. Istud inquit etiam bonum est. Postea autem a fa  
miliari interrogatus. quomodo habes o amice. respondit. Ego  
etiam atq; etiam bene habeo: sed morior. **P**endente inter  
augustum et. M. anthonium fortuna. pauper quidam rome in  
cundos sibi prouidens euentus ingenium tale commentus est.  
Omni diligentia duos cozuos enutriuit. effecitq;. tantum i onī  
re studium valet. vt dictatis verbis. alter augustum. alter an  
thonium salutaret. Inde augusto tandem victori in patriam re  
uertenti salutatorē manu sua pferēs occurrit. qui intercrocitāō



hec verba fundebat. Aue cesar victor imperator. Augustus delectatus. xx. milium nummorum loquacem voluerem comparavit. Arguta quidem sed diu preconcepta calliditas: ¶ At huius socius ex tempore consilium cepit. cesarem adiit. obtinuitque ut eorum alterum iuberet afferri. Iussus illum attulit qui hostem salutare didicisset his verbis. Aue victor anthoni imperator. Non amplius motus est cesar quam ut prioris auis precium iuberet cum delatore partiri. ¶ Per idem tempus inuentus est qui picam ad salutationem similem. inuentus et qui phitacum erudiret. Et hunc et illam emi placuit. ¶ Tot vicinorum successibus admonitus inops futurus et ipse eorum magisterium agere instituit. Quod cum frustra diu temptasset: tedio affectus. crebroque mutam auem increpans aiebat. Opera et impensa perire. Dixit tandem eorum salutationem quam iuebatur expressit. Et in publico positus pretereuntem cesarem salutauit. Quod ille audiens. Satis inquit saluatorum talium domi habeo. Procedens vociferatione solita eorum ait. Opera et impensa perire. Effususque in risum cesar hanc volucrum maiori quam ceteras precio redemit.

¶ Facete dicta aut facta. xxvi

**A**udita fama herodis iudeorum regis quod iam antea citra bimatium omnes in siria natos: iter quos et proprium filium mandasset occidi. Tum inquit cesar herodis porcum esse malle quam filium. Mori alludens hebraico. sic enim carnibus suillis sicut humanis abstinent. ¶ Tragediam scribere adortus. tragedie nomen erat aiax. Ea siue iam scripta quam displicuisset: siue incepta stilo non succedente. aboleuerat. Et interrogantibus amicis quidnam aiax suus faceret. In spongia inquit incubuit. ¶ Romanus quidam adolescens cum eodem in miliciam profectus. quod scurriles eius ac petulantes mores cesari admodum displicebant castris eici romamque ad patrem mitti iussus est. Flens adolescens atque eiulans cesarem adiit. rogauitque ut sibi ignosceret.



Cesar incorrigibilitatem iuuenis optime callens ab instituto  
nime resiliit. **U**eu me miser ait adolescens et quod meo dicam patri.  
aut suo conspectui qualiter me presentare audebo? Tunc facete  
ait aesar. die me tibi displicuisse. **Q**uidam cum officio pre  
fecture equitum remotus esset flagitanti atque aduenti non se cu  
pitudine ad id petendum induci. sed pudoris proprii respectu.  
et ut sine noxa officium sponte dimisisset. insuper et liberalitate  
cesarea dignus putaretur. Sic alludit. Tu te accepisse palam  
dicit: ego me dedisse non negabo. **Q**uidam romanus eques  
diem fundus erat. post cuius mortem es alienum ingens quod  
usque sub extremum celauerat emerit. Re comperta miratus ce  
sar. Ite ait. et cubicularem eius culcitram michi comparate. Ob  
stupentibus mandatum: rationem adiecit. Sompnos inquit al  
liciet culcitra in qua ille tantis debitorum molibus oppressus  
sompnum capere potuit. **M**os antiquis erat in agris suis  
sepeliri. Quidam agrum excolens illuc inuento sepulchro patris  
non peperit. sed aratque supinduxit. Quia in re lusit. augustus. Hoc  
est inquit vere sepulchrum patris colere. **I**uuenis alienigena romam  
venit. forma corporis ac vultus tam similis augusto ut omnem populum  
spectaculi admiratione suspenderet. Augustus re audita euocatum ad se  
iuuenem cernens. effigiemque suam in illius facie recognoscens. Fuit  
ne unquam o adolescens inquit mater tua rome? Sensit iste quo  
pergeret. Et minime inquit mater: at pater meus sepe. Facete  
et illatam suspicionem repulit. et nouam peperit. **D**espasiani  
facetissima quedam sunt. Illud in primis. Mulier amorem eius  
falsa. sed amando parituram nisi sibi opem ferret: rigoris maiest  
tatis precibus ac blanditijs euicit. et in amplexus tandem ce  
sareos admissa est. Cui certam pecunie summam vel concubitus  
vel amoris precium dari iussit. Dispensator ignarus qualiter  
illam pecuniam rationibus inscriberet: punctabat. Et scribe  
ait cesar. Despasiano adamoto. Quid in tali presertim sene iocosis



**U**nus ex domesticis quidam externo sub obtentu germani  
tatis officium quoddam impetrare nitebatur. Agnouit fraudem  
cesar. et dilata re illum pro quo petebatur. accersit. Certior  
ab eo factus quid pro supplicato spopondisset: id sibi numerari  
iussit. et voti compotem dimisit. Reuersus mediator instare  
cepit. Cui vespasianus. Alium tibi fratrem quere. hic quem  
tuum putas meus est. **P**lura extant eius talia. Quin et su  
premo vite tempore iocari non destitit. Ad primum enim egrit  
tudinis insultum statim. quod erat. mortiferum arbitratus. Ut  
puto inquit deus fio. Alludens suis antecessoribus in deorum  
numero relatis. **F**abius tarentine euersor urbis a simula  
chroz depredatione abstinuisse laudatur. Nam cum ei scriba sug  
gessisset quod de signis que multa capta erant fieri iuberet continetiam  
sua etiam iocando contempsit. Quesiuit ei cuiusmodi essent. Et cum  
ei non solum multa et gradia. vex etiam renunciarentur armata.  
Relinquam inquit tarentinis deos iratos. **C**ecilius iurisco  
sultus mercatori cuidam consulenti quam nauem cum socio di  
uideret. Si nauem inquit diuiseritis: neuter habebit. **L**ucius  
celius cum G. cesare pila ludebat. nec deerant collusores alij. Iussit  
cesar ceteris cetena sextaria per singulos numerari. quinquaginta  
celio. At ille. Una ne tamen manu inquit ludo? **V**irgilius cum sibi  
exprobratum esset. quod versus abstulisset homericos. et in opis sui  
cogitatione redigisset: respondisse fertur. Magnam esse virium extorquere clauam  
de manu herculis et ea per libito uti. **L**ucius mallius pictor egre  
gius difformes filios habebat. Quibus visis amicus apud eum cenans  
Non similit ait fingis ac pingis malli. At ille. Nimirum inquit. figo  
in tenebris. in luce pingo. **F**acete admodum lusit adrianus princeps  
Canescenti cuidam quod petebat negauerat. eundemque postea ad eas  
de preces medicato inter crine redeunte ita repulit. Vade. hoc iam  
patri tuo negavi. **C**laudius cesar princeps inter multa tur  
pis et nepharie demetie libertis ac spadonibus se suaque omnia



30

credidit. eisq; miser paruit cui romanum late imperiū parebat  
Omnibus tamen marciscum et pallantem pretulit. Quibus et  
honozes et lucra sine fine contulit. rapinasq; quas vellent per  
misit exercere. eousq; donec illis solis locupletibus. mendicis  
omnibus. erarium insuper inops esset. De cuius interdum pau  
pertate conquerenti claudio sic faceta et libera mordacitate  
responsum est. Abundare incipies. si a duobus libertis tuis  
admissus in societatem fueris. ¶ Libertus quidam regius re  
pentinis opibus inflatus phōs aliquos ad cenam inuitauerat  
Qui cum de rebus varijs ex moze differerent: et questiones  
eorum non intelligeret illudens libertus. Vmmo agite inquit  
dicite inquit. Quid cause est q; ex albis nigrisq; fabis non  
nisi vnus coloris efficitur pulmentū. Tangit et modestos ami  
cos indignitas. Igitur aristides vnus ex phis non passus has  
ineptias. Quin tu iquit nobis ediscere. Cur ex albis et nigris  
flagris vniformes macule resultant. ¶ Diues quidā suffultus  
vestibus hyeme romam proficiscens reperto in via rustico qui  
vnica tantum et ea contrita veste indutus erat: admiratus in  
tanta vi frigoris. niues enim et venti erant. hominis pacien  
tiam. nunquidne frigeret interrogauit. Minime alter cū leto  
respondisset vultu. Stupenti responsum. dicētiq;. Ego sub pel  
lib; algeo: et tu seminudis non centis frigus. Si tu inquit ille  
omnes tuas vestes ferres: sicuti ego meas. tu quoq; nequa q; frigeres. ¶ Deambulabat romanus quidam qui vicinum co  
gitabund; ac mestum habebat. Quem cum obuius interrogass; quid torqueretur: illeq; respondisset grādem se pecuniam debere  
quam nequiret exsoluere. Vah inquit stulte relinque istas co  
gitaēiones creditori. ¶ Marcus tullius cicero qui ciceronem  
fratrem ac lentulum habebat generum homunciōes pusille ad  
mudum stature. in vtrumq; cauillatus est. Venerat enim in pro  
uinciam cui frater presuerat. illic ymaginem eius clipeatam



q̄ amplissima forma vt mos erat depictam cernens. frater inquit meus maior est dimidius q̄ totus. **R**ursus generum ingenti gladio accindum videns. Quis ait generum meum ad gladium alligauit? Quo ioco nunc erga insignis paruitatis homines vulgo vtimur. **A**lter illi gener erat p̄slo. qui cum incessu cunctatior foret q̄ conueniret viro: filia ex diuerso cōcitatioz q̄ d̄ceret feminam. vno verbo lusit in vtrumq̄. Nit enim filie. Ambula vt vir. Illusit. **M.** vatinio qui paucis diebus consul fuit. Grande inquit prodigium anno vatinij contigit. q̄ illo consule nec bruma nec ver. nec estas fuit. **C**anius non nisi vno tantum die consuletum tenuit. de quo est alter ciceronis locus. Vigilantem consulem habuimus qui in cōsulatu suo sompnū non admisit. **S**auromata quidam qui vinum antea nunq̄ biberat romā pergens cum primo vinum gustasset: quonam potus ille vocaretur nomine cauponem interrogauit. Et lacrima dei vocat̄ ait caupo. Tum friso. Atq̄ vtinam deus nostra in regione plorasset. **E**questrem quendam admodum corpulentum nescio quam ytalie urbem ingressum cum permulti antericzi contra mozem equi parte iocando atq̄ irridendo mantiram ferre dicerēt. Ille facete. atqui opus est inquit ī vrbe furibus et latronibus plena. **M**inatius quidam homo perfacetus cum aliquando nonnullos nummos et vesles insuper et talos. egenus enim erat. lusisset: flens ad ostium taberne cuiusdam sedebat. Quem videns merentem flentemq̄ amicus. Quidnam est tibi inquit? Nichil minatius ait. Curnā ergo si nichil habes ploras? Et hoc solum q̄ nichil habeo inquit ploro. **P**acuius flens ait arrio vicino suo. Amice arbozem infelicem in orto meo habeo ad quam se p̄ia vxor mea suspendit. de hinc secunda. et iam nunc tertia. Cui arrius. Miror inquit te inuenisse lacrimas in tantis successib⁹. Et rursus. Dñi boni quot dispendia arbor tibi illa suspendit.



Et tercio. Amice dede michi de arboze illa surculos quos sera  
Mortuo philippo patre alexātri qui dario tributum antea  
persoluerat. Rex ipse dario pro soliti exactione tributi destina  
uit. Cui alexander. Mortua est inquit gallina que talia vobis  
oua pariebat. Romanus quidam iuuenis cum nouercam  
subigeret: ac superueniens pater filium in stupro vxoris depre  
hendisset. rei nouitate indignitateq; permotus clamando ob  
iurgare acriter filiū cepit. Ille tergiuersando peccatum excu  
sabat. Cum diutius elatiozibus verbis ambo concertassent: cla  
more exciti vicini quidam superueniētes ad iurgia cōponēda  
ignari rei cum peterent dissidiū causam. Illis ob domesticam  
honestatē silentibus: instabant vicini vehementius vt causam  
dicerent. Tandem cum pater in filium culpam reiceret. Tum  
filius. Vic pater meus admodum indiscretus inquit milies mā  
trem meam subegit: me etiam tacente. Nunc quia semel dum  
taxat rem cum vxore sua habui: vt rudis atq; insulsus celum  
clamozibus veluti insanus replet. Riserunt illi facetum filij res  
ponsum. et patrem quoad potuere solati sunt. Rustic⁹ cum  
castaneam arbozem ad excutiendō fructus ascendisset: decidens  
ex ea costam effregit. Ad hunc consolandum accessit minatius  
qui interloquendum daturum se nozmam illi dixit qua seruata  
nunq̄ ex arboze aut altiori loco cadens lesionem incurreret.  
Vellem hoc antea inquit eger cōsuluisses. attamen et in futurū  
hoc ipsum nosse proderit. Tum minatius. Fac semper inquit  
ne sis celerior in descensu q̄ in ascensu. Quidā vini potator  
egregius incidit in febrem. ex qua multo maiorē solito sitim  
contraxit. Accersiti medici cū de remouenda febre ac siti quoq;  
consultarent. Febzis inquit tantum egrotus remouende officii  
atq; onus sanitatis vobis assumite: siti probe ab curandam me  
michi relinquendo.

Breuit̄ dicta aut facta. xxvij.



**P**hilippo macedone quedam per epistolam lacedemonijs  
imperante: ita rescripserunt. Lacedemonij philippo. De qui  
bus rescripsisti nobis. non. **P**halaris hieroni ita rescripsit  
Cum de te multa. et de concione quam contra me ad leontinos  
stulte habuisti dicere possim: nolo tamē superfluis uti verbis  
nisi quod culicem elephas non timet. **L**eonide cum xerxes scrip  
sisset: mitte ad me arma: breuiter respondit. Veni et accipe.  
**L**eothechidas ille primus cum a quopiam facile mutabilis  
esse diceretur. Propter tempora inquit. **H**annibal cum apud  
regem prusiam exularet. sibiq; prelium committendum suaderet  
atq; is non idem sibi extis portendi diceret. An tu inquit vitu  
line caruncule. quod imperatori veteri mauis credere? Si verba  
numeres: breuiter et absconse. si sensum existimes. copiose et  
valenter.

**De iusticia. xxviii.**

**A**rtaxerxis xerxis filij taberzane cubiculario iniusti quid  
dam ab eo petente. vbi non obscure didicisset. xxx. mili  
bus daricis ab illo id fieri: questori imperauit totidem daricos  
ad se portaret. Quos illi tradens inquit. Accipe taberzanes.  
Hos enim cum tibi dedero: pauperior certe futurus non sum.  
at si que petieris fecero iniustior. **E**gyptiorum reges suos  
adiurabant iudices ne quid iniustum aliquando iudicarent: si  
reges id etiam ipsi imperassent. **P**hilippus macedo cum ex  
antipatri amicis quendam iudicum numero ascripsisset: posse  
aq; et barbam sibi et capillum inficere sensisset. hominem re  
mouit inquit. Qui in pilis fidus non fuit eum non esse dig  
num existimandū qui fidem in rebus seruaret. **I**dem machete  
cuiusdā causam iudicans. quoniam esset illo tpe sompnolentus min  
accurate quod iuris foret attendebat. p̄n̄ aduersus eū sententiā tulit  
Illo autē reclamante puocare se iudiciū. Iratus philippus ad quē  
inquit: Et machetas ad teipm rex subdidit si vigilans quidem



attendensq; audieris. Surrexit tunc philippus. Vbi vero ad se redisset. nossetq; iniuria machetam affectum: iudicium quidē nō rescidit. at estimationem litis ipse persoluit. ¶ Anus vero paupercula cum rogaret philippum vt causam suam iudicaret essetq; sepe iportunior: philippus ait ociosum se non esse. Tūc anus vociferans inquit. At regem te deinceps appellare noli. Ille autem verbum admiratus nō illam modo: sed alios quoq; continuo audiuit. ¶ Antigonus alexandri successor dicente quodā oīa regib; et honesta et iusta esse. Ita per iouē inquit barbaroz regibus: nobis aut ea dūtaxat honesta sūt q̄ honesta et ea solū iusta que iusta sunt. ¶ Marsie vero fratri cum aliquando esset controuersia. rogaretq; vt huiusce rei iudicium domi fieret. At fiet inquit in foro vel cunctis audientibus si nichil per iniusticiam agim;. ¶ Quos grecos alexander apud hostes merentes captiuos egerat: athenienses quidē in pedicis custodiri iussit. quoniam qui alimentum ex publico haberent stipendijs militarent. thesalos vero q̄ agrum quem optimum haberent aut colerent. at thebanos dimisit inquiens. quoniā solis hisce neq; vrbs neq; ager per nos relictus est. ¶ Alcames telecri filius querēte quodam quamobrem a messenijs munera non acceperit: Quoniam si accepissem inquit: cum legib; pacem agere nequiuissem. ¶ Archidamus zeusippi filius cum a duobus arbiter acceptus esset: hos ī sacellū calcioce minarue vt iudicatuī starent adiurauit. Qui vbi iurassent: ait. Iudico igitur ne vos prius sacellum egrediamini. q̄ que inuicem vobis controuersie sunt solueritis. ¶ Qui lysandri filias procati fuerant. deinde post obitum eius quoniam pauper esset iuent; eas abnuerent: ab ephozis mulctati sunt. quoniam quem diuitem existimantes colebant: vbi iustum vbi frugi ac probum ex paupertate cognosserent despiciebant. ¶ Themistocles ad symonidē poetā qui iudicium quoddā iniustū ab eo cōtenter;



dixit. Neq; illum bonum poetam esse posse si prater modulum  
numerumq; concineret: neq; se bonum principem si prater le-  
gem iudicaret. ¶ **A**gelilao illi regi magno cum quispiam ali-  
quando diceret. promisiſti. idemq; ſepius loqueret. Ita meber-  
cule promiſi inquit: ſi iſtud quidem eſt iuſtum. ſin autem iniuſtū  
locuſſim. non promiſi. Cumq; idem ſubdidiffet. Verūtamen  
decet reges ſi quid capite annuerint perficere. Non reges ma-  
gis reſpondit q̄ illos qui reges aduunt petere iniuſta decet.  
Ad hec cum vituperantes aliquos laudantes ve audiret: non  
minus eorum qui dicerent q̄ de quibus diceret perdicendos  
mores arbitrabat. ¶ **E**rat tubicē quidā qui in militia ſignum  
caneret. is intercept⁹ ab hoſtib⁹ ad eos qui circūſiſtebant pro-  
clamabat. Nolite me viri innocuū inſontemq; occidere. Nullū  
ei vnq̄ occidi. Quippe nichil aliud q̄ hanc buccinam habeo.  
Ad quē illi viciffim cū clamore rñderunt. Tu vero hoc ipſo ma-  
gis etiā trucidaberis. q̄ cū ipſe dimicare neq;as ceteros potes  
ad certamen ipellere. ¶ **I**uſtiſſimū diui tyberij quod ſequitur  
iudiciū ſilentio p̄tereunb⁹ valde idignū iudico. Paulina quedā  
mulier erat rome maior⁹ dignitate p̄clara. ſtudio caſtitaſis iten-  
ta. honeſtatiſ opinione p̄ſpicua. erat etiā opū magnitudine lo-  
cuples et vult⁹ pulchritudie decoroſa. Etatiſ aut qn maxie mu-  
lieriſ pudicia decorat. Hec nupta erat ſaturnino etiā eodē m-  
genere opib⁹. ceteroq; cultu cōſimuli. Hui⁹ itaq; amore detinet⁹  
iuueniſ quidā noie mund⁹ ex numero equeſtri. ſz in gradu iā  
emerito cōſtitut⁹. et dignitate magna ſublimiſ: ydone⁹ etiam  
ad munera largienda ſumptuſq; faciendos. Nam memorate q̄  
mulieri maiora dona pmiferat: q̄ illa contēpnente maximo fue-  
rat amore ſuccel⁹ vt etiā viginti miriadaſ dragmaz atticaz ſe-  
datuz p vno cōcubitu ſpoſpōdiſſz. Sed neq; ſic deflexa ē. Tū  
ille nimiam infelicitatē morbi ſuſtinēſ. ſiquidē neq; cibū vale-  
bat accipere. morti ſe addixerat: hoc vnū ſibi iudicans tantū



mali fore remedium. Et ille quidem tale decretum aīo infigens per dies singulos hoc agebat ut celeri morte raperetur. Erat autem eidem mundo liberta quedam nomine yda omnium malorum iniquitatumq; coagulum. Que graniter ferens q; ille iuuenis se dampnaret in mortem. nam clarebat omnino periturus accedens erexit eum et cepit cum eo talia fabulari que animū eius bone spei facerent. Promittebat se namq; aduram apud paulinam vt quinq; miriadas accipiens concederet iuueni qđ volebat. His itaq; dictis iuuenem de morte reuocans: sumpsit ab eo pecunie quantum placuerat. Sed non eadem via paulinam aggreditur qua fuerat ante temptata. cernens animum mulieris nullomodo capi pecunijs. Sciens enim illam quē admodū esset cultura ysidis occupata: tale aliquid machinatur. Accedit ad quosdam ex templo ysidis sacerdotes. quibus interpositiōe iurisiurandi fidem seruare persuasit. dans etiā in presenti duas miriadas et dimidiam promittēs etiam aliud tantum si quod vellet habuisset effectum. Tunc causam aperit. amorem iuuenis indicat. orat vt mulierē quibus possent modis inducerent. Illi autem pecuniarum cupidine capti promittūt quicquid imperaret protinus impleturos. presertim ipse maximus sacerdotum vt paulinam conueniret. ac suis verbis impleret pollicetur. Finxit itaq; se ex egipto venisse ab anubio destinatum q; is grandi circa paulinam amore teneretur: eumq; deum sibi iussisse vt romam veniret. mulieriq; precepta numinis apportaret. Libenter illa et exoptabiliter suscipit. atq; ad amicas gloriādo denūciat. q; ab anubio tali merito vendicetur. Hoc etiam indicat et marito. q; ab ea thorum et cenam anubius concupiscat. Ille autem grate concessit: pudicitiam coniugis non ignorans. Illa igitur pergit ad templum. et cum cenasset tempusq; quiescendi venisset: vniuerse ianue a sacerdote clauduntur. cuncta q; lumina subtrahunt. Mundus autem intro latebat occultus.



Qui postq̄ silentium factum est: ad mulierem venit. Illa autē existimans deum esse: reuerenter accepit. Atq; ita cū ea mundus pernoctans circa viciniam lucis abcessit. Illa autē manefacto consurgens atq; ad suum virum veniens: aduentum ad se numinis enarrauit. Similiter etiam loquitur ad amicas magnā sibi ex hoc gloziationem reputans prouenisse. et quia verba quoq; ad illam fecisset anubius indicabat. Sed ex audientib; alij non credebant naturam inspicientes rei. alij autem credebant. Quidam verum ac miraculum dicebant. pudiciciam attendentes dignitatēq; reputātes. Tercia vero die postq̄ factū est occurrens ei mundus. O paulina inquit saluasti michi viginti miriadas quas posses familiaribus tuis rebus adicere. Nunc autem nec meis postulationibus defuisti: et dampnificatione liberaasti. Nam in templo tota nox a te cum mundo peracta est. Nec mei nominis interest: voluptate percepta. Nichil enim a perficiendum negocium obfuit. q̄ anubius vocitatus sum. Et ille quidem talia locutus abcessit. Illa vero in mentē suam rediens tunc primum illud facinus intellexit. Et scissis protinus vestimentis ad virum accurrit. facionemq; aperit tam magnifacinozis. deprecata ne suam iniuriam neglexisset. At ille iperatori cuncta denunciat. Tunc tyberid; cesar causam diligenter examinans. vniuersum sacerdotum scelus inuenit. Et ipsos quidē cum yda que causa totius iiquitatis extiterat adegit i cruce. Templum autem ipsum funditus euertit. statu amq; ysidis in tyberī fluium iactari precepit. Mundum autem exilio condempnauit. dignum eum maiore pena non reputans: q̄ amoris vehementia deliquisset. Et ea quidem que in templo ysidis prouenere tali fine conclusa sunt.

De studio et industria. xxix.

**D**emetrius phalerius monebat ptholomeum regem vt de regno iperioq; libros sibi cōpararet atq; plegeret. Que



enim amici non audent. monere reges: hec in libris scripta sunt.

**P**hilippus macedo cum multos quos bello ceperat venundaret. sublata impeditaque tunica sedebat nequaquam decore. Itaque unus ex his qui venundabantur clamavit. Ignosce michi philippe. nam a patre michi amicitia tecum est. Interrogante autem philippo. Unde homo amicus es: et quomodo? ait. Propius accedens tibi eloquar. Ut autem propius factus est. Parumper inquit inferius clamidem demittito: ita enim ineptius sedes. At philippus hominis industriam ammirans ait. Dimittite. nam quod benivolus atque amicus esset latebat me.

**C**leomenes alexandrite filius homerum aiebat lacedaemoniorum poetam: at hesiodum elotum atque seruorum. Nam alterum rei bellice: alterum agriculture precepta reliquisse.

**C**atho ita doctrine cupiditate flagruit ut ne in curia quidem dum senatus cogitur temperare sibi quominus libros legeret. Quaque industria ostendit alijs tempora desse: alios superesse temporibus.

**T**herentius varro humane vite exemplum quod diu vixit ab utilissimorum munitio-  
rum edicione non vacavit. In eodem enim lectulo et spiritus egregius. et egregiorum operum cursus extinctus est.

**C**arneades laboriosus et diuturnus sapientie miles siquidem expletis nonaginta annis idem illi viuendi ac philosophandi finis fuit. ita se mirificum doctrine operibus addixerat: ut cum cibi capiendi causa recubisset. cogitationibus inherens manum ad mensam porrigere nonnunquam obliuisceretur. Ergo a totummodo vita fruebatur: corpore vero quasi alieno et superuacuo circumdatus erat.

**I**dem cum crisippo disputaturus eleboro se ante purgabat. ad exprimendum ingenium suum attentius. et illius refellendum acrius. Quas potiones industria solide laudis cupidis: appetendas effecit.

**C**aptis syraculis marcellus archimedis factionibus multum ac diu victoriam suam protelatam senserat: eximia tamen hominis prudentia ac



industria delectatus. ut capiti illius parceretur edixit. pene tam  
tum glorie in archimede reseruato. quam in oppressis syracusis re  
ponens. **C**icero hortensius plurimum in corporis decore motu  
repositum credens pene plus studij in eodem laborando quam in ipsa  
eloquentia affectanda impendit. Itaque nescires utrum cupidius  
ad audiendum eum. an ad spectandum concurreretur. Sic ver  
bis oratoris gestus: et rursus gestu uerba seruebant. Constat  
esopum rosciumque ludrice artis peritissimos illo causas agere  
frequenter assistisse: ut foro inspectos gestus in scenam referret.

**D**emostenes grece eloquentie culmen cum rerum natura  
studio suo atque industria preliatus est. et quidem victor abiit.  
malignitatem eius pertinacissimo animi robore superando.  
Itaque alterum demostenem mater: alterum industria enixa est.  
Nam cum iter inicia iuente rethorice artis quam affectabat  
primam litteram dicere non posset: oris sui vicium tanto studio  
expugnauit. ut ea a nullo proferret expressius. Dein propter  
nimiam exilitatem acerbam auditu uocem suam exercitatione  
continua ad maturum et gratum auribus sonum perduxit. La  
teris etiam firmitate carens: quas corporis habitus vires ne  
gauerat. a labore mutuatus est.

**De dolo et versutia. xxx.**

**C**leomenes alexandrie filius cum fecisset dierum septem  
cum argiuis inducias. seruato tempore eos quam federibus  
fiderent dormientes tercia nocte adortus: alios interemit. alios  
regit in seruientem. Cum vero obiurgaretur quod iusiurandum trans  
gressus esset: aiebat ad ipsum dierum iusiurandum minime noctes  
addidisse. Ad argiuos autem se conuictis obiurgantes tanquam  
periurum et impium. Maledicendi inquit michi uobis ius est:  
michi uero uos ualde afficiendi. **D**arius rex persarum sociis eius  
de dignitatis assumptis pactum cum eis fecit. ut equis insidentes solis  
ortu cursum in quendam locum dirigerent. isque regno solus potiret



cuius equus in eo loco primus hinnisset. Ceterum maxime competitoribus fortune beneficium expectantibus: solus ipse darius assecutus est. Qui in eque genitalem partem demissam manum, cum ad eum locum ventum esset: naribus equi admouit. Quo odore incitatus ante omnes hinnitum dedit. Auditoque eo sex reliqui summe potestatis candidati continuo equis delapsi, ut est mos persarum, humi prostratis corporibus, darium regem salutauerunt. Quantum imperium pro parua interceptum est astutia? ¶ Duo adolescentes obsonium a coquo communiter mercati sunt. Ceterum cum coquus quibusdam negociis domesticis insisteret vacaretque: alter adolescentum partem obsonij in alterius manus inicit. Conuertente autem se coquo, et partem carnis que aberat requirente: qui carnem sustulerat iurabat se non habere, qui vero habebat se non sustulisse. Quibus coquus intellecta adolescentum versutia inquit. Et si me latet fur: eum tamen quem iurastis non latebit. Hoc dictum nos instruit quod si homines celamus, deum tamen uequaquam celare poterimus, qui solus omnia prospicit et omnia videt. ¶ Quidam facinorosus delphos se contulit apollinem temptaturus, habensque passerulum sub pallio quem pugno tenebat. Et accedens ad tripodas interrogauit deum dicens. Quod habeo in dextra uiuit ne an mortuum est: prolaturus passerulum uiuum si mortuum reddisset rursus prolaturus mortuum si uiuum dixisset, occidisset enim statim sub pallio priusquam proferret. At deus subdolan calliditate hominis intelligens dixit. O consultor utrum mauius facere, penes te namque arbitrium est, facito: et siue uiuum siue mortuum quod in manu habes profero. Hoc similiter dictum quod precedens innuit, mentem diuinam nichil neque latere neque fallere. ¶ Diator longum ingressurus iter si quid inuenisset eius dimidium ioui se oblaturum promisit. Inuenta autem in ipso itinere uasa palmarum amigdalorumque plena, comedit omnes palmulas.



amigdalagz. Sed harum nucleos. illozum putamina ad aram  
quandam obtulit inquiring. Habes iupiter quod tibi voueram  
Quod enim iuueni eius et interiora et exteriora tibi offero.  
Hoc quoqz didum inuit auarum hominem pecunie cupiditate  
etiam dñs moliri fallacias. **L**ysander cauillatoz acer et ad  
modum decipiendo varius. vt qui et iustum in eo quod con  
ducit. et honestum in cōmodo collocaret aiebat verū prestare  
mendacio. vtriusqz tamen proinde vt expediret et estimationē  
et precium definiri. Ad eos vero a quibz vituperaretur qz plu  
rima decipiendo ageret. proinde atqz degenerasset ab hercule.  
qz nō aperto Marte efficeret. sed dolo: fuzridens rñdit. Quia  
leonis non assequeret: vulpis pellē assuendā esse. Et cum ab  
alijs accusaret qz q̄ i mileto iurauerat nequa q̄ obseruaret: aie  
bat. Pueroz esse talis decipere: virozum autem iureiurando.

**De promptitudine et solertia. xxxi.**

**C**um alexander rex forte monitus vt eum qui sibi porta  
egresso primus occurrisset interfici iuberet: asinarium  
forte obuiam factum ad mortem arripi iherasset. eoqz querētis  
quidnam se iherentem morti innocentemqz addiceret. Cumqz  
ad excusandum factum suum oraculi preceptum retulisset. ait  
asinari. Si ita est o rex alium fors huic morti destinavit. Nā  
asellus quem ego ante me agebam prior tibi occurrit. Delecta  
tus alexander et illius tam callido dicto. et qz ipse ab errore  
reuocatus erat occasionem in viliori aīali expiande religionis  
rapuit. Sūma in hoc mansuetudo regis: alterius in equisone  
calliditas. **E**t cū ad exiciū lāpsasene vrbis summo studio  
alexander ferretur. progressumqz extra menia anaximenem p̄  
ceptozem suū vidisset: quia manifestum erat futurum vt p̄ces  
suas ire ei opponeret. non factuz se qd petisset iuravit. Tunc  
anaximenes. Peto inquit vt lāpsacū diruas. Nec velocitas sa  
gacitatis opidū vetusta nobilitate inclitū exicio cui destinatū



erat subtraxit. **C** Demostenis quoque astutia mirifice curdam ancille succursum est. que pecunia depositi nomine a duobus hospitibus acceperat. ea condicione ut illam simul utrisque redderet. Quorum alter interiecto tempore tanquam mortuo socio squalore oblitus: ea decepta nummos omnes abstulit. Superuenit deinde alter. et depositum petere cepit. Verebat misera in maxima pite et pecunie et defensionis penuria. iamque de laqueo et suspendio cogitabat. Sed oportune demostenes eius patronus effulsit. Qui ut in aduocationem venit. Mulier inquit parata est depositi se fide soluere: sed nisi socium adduxeris id facere non potest quoniam ut ipse vociferaris. hec dicta est lex ne pecunia alteri sine altero numeretur. **C** Quidam athenis uniuerso populo. inuisus causam apud eum capitali crimine dicturus maximum honorem subito petere cepit. non quod speraret se illum consequi posse: sed ut haberet homines ubi procursum ire qui acerrime esse solet effunderent. Neque hec tam callida eum consilii ratio fefellit. Conuictus enim clamore infesto. et crebris totius concionis sibilis vexatus. nota etiam de negati honoris confusus. eiusdem plebis paulopost in discrimine vite clementissima suffragia expertus est. Quod si adhuc eidem ultione sitienti capitis sui periculum obiecisset: nullam partem defensionis odio obserate aures recepissent. **P.** Sulpicius cum aduersus. **C.** philippum turbulentum hominem et publice dignitatis usurpatorem senatus causam animosus defenderet: interrogatus ab illo quid latraret? Subito respondit. quia furem video. Quid breuius quid ue promptius meditatio logio obtulisset? **M.** Prius tps adolescens decrepito cuidam ioco insultanti illi quod adhuc eo proptius equum ascenderet. Nimis inquit. Septuaginta annis antequam ego nascerer arte hanc execuisti. **C** Quidam seruum ydropicum in arena resupinum ad solem cernens quid illic ageret quesierat antequam eger risum daret. pcessit publicus puer ex iopiato. Et aquam inquit calefacit.



De senectute. xxxij.

**S**enex quidam amico dicenti. Compatior tibi. nam ut vi-  
deo senescis. Esses utinam qualis eras quando te primū  
nouī. subito respondit. Parum ne ergo tibi amens videor. nisi  
ampliorē michi nunc etiam amicitiam impreceris? Noli michi  
queso compati quod sum senex: sed michi potius compatere quod iu-  
uenis fui. O quātum sensuū tegit ista sagax et breuis responsio  
quam capere nequit nisi qui etatis huius bona probauit: et  
illius mala meminerit. **M**emorandū valde cuiusdam romani  
cesaris dictum vnum. Qui senex et podagricus dum coniurati-  
onem nobilium qui se viuo filium eius augustum dixerant de-  
prehendisset: captis auctoribus sedicionis ac filio. omnibusque  
ante solium eius affusis. metuque vltimi supplicij tremefactis ac  
territis. ipse manu ad caput relata tandem inquit. Et sentitis  
ne caput imperare: non pedes? **C**atho ille cuius supra memi-  
nimus latinas litteras prope senex: grecas iam certe senex di-  
dicit. Nec credidit seni turpe discere quod est homini pulchre  
scire. **S**ocrates etiā tantus philosophus iam etate prouecta  
fidibus operam dedit digitosque suos magistro formandos com-  
misit. Ipse vero librum qui panathenicus inscribitur quatuor-  
agesimo anno scripsisse fertur. vixitque quinquennium postea.  
Cuius magister leontinus gorgias centum et septem compleuit  
annos. neque vnquam in suo studio atque opere cessauit. Qui cum  
exquireretur cur tam diu vellet esse in vita. Nichil habeo in-  
quit quo senectutem accusem. Preclarum responsum et sapi-  
ente homine dignū. Sua enim vicia insipientes et suos erro-  
res in senectutem retorquent. quod non faciebat is cuius mentio-  
nem modo feci. **P**lato aiebat. Non erimus in senectute sapi-  
entes nisi iuuenes bene sapere ceperimus. Et in senectute quidem  
eruditum esse optare licet: consequi vero non facile. nisi ab  
ineunte etate studio laboreque nobis doctrinam parauerimus



Paranda sunt igitur in iuuentute solatia que honestam senectutem possint oblectare. Nam que sunt laboriosa iuuentuti studia: illa erunt iocunda senectuti ocia. **S**ophocles ad summam senectutem tragedias scripsit. Qui propter studium cum rem negligere familiarem videretur. a filiis in ius vocatus. ut quemadmodum nostro more male rem gerentibus bonis patribus in iudicium solet: sic illum quasi desipientem: a re familiari remouerent iudices. Tunc senex dicitur eam fabulam quam in manibus habebat et proxime scripserat edipum coloneum recitasse iudicibus. quesissetque vnde illud carmen: carmen desipientis videretur. Quo recitato sententiam iudicum est liberatus.

**De honorificentia. xxxiiij.**

**C**onon atheniensis ad atarxersem persarum regem missus posteaque venit: primum ex more persarum ad cheliarcum qui secundum gradum imperii tenebat accessit. seque ostendit cum rege colloqui velle. nemo enim sine hoc admittitur. Nulla inquit cheliarcus mora est: sed tu delibera o conon utrum colloqui malis. an per litteras agere que cogitas. Necesse est enim te in conspectum veneris: venerari te regem. quod prochyneum illi vocant. Hoc si tibi graue est: per me nichil secus eduis mandatis conficies quod studes. Tum conon. Michi vero inquit non est graue quemuis honorem habere regi: sed vereor ne ciuitati mee sit opprobrium. si cum ex ea sum profectus que ceteris gentibus imperare consuevit. potius barbarorum quam illius more fugar. Itaque maluit conon regi quam volebat scripto tradere. **S**enex in oliphs dum ludus pagere spectare affectabat: ubi autem sederet non habebat. In multos vero profectos locos: erat et contumelie et cauillo. recipiebaturque a nemine. Ut autem ad lacedemonios venit: pueri omnes assurrexere. pluresque viri cessere locum. At ceteris grecis plausu morem admiratis. ac laudibus summis efferentibus: senex ut mouit canumque caput barbaramque



senilem. et lacrimasset ait. Deu misero michi vt omnes greci  
que honesta sunt nozunt: sed his lacedemonij vtunt soli. ¶ Fe-  
runt autem quidam simile quid athenis contigisse. Nam cum  
panethenea agerentur: attici ipsi senem probis isequiebantur.  
quippe qui eum vt suscepturi inuitabant: si vero accederet non  
recipiebant. Ut autem petitis fere omnibus ad lacedemonios  
venit: spectatores omnes e sedibus assurgentes locum cedebat  
Eo autem facto mirifice turba delectata insigni admodum  
significatione applausit. ac sparciatarum vnus dixit. Per ge-  
minos athenienses que honesta sunt sciunt: non autem agunt  
¶ Cum spartam quis venisset: honore ispecto quem iuniores  
senibus prestabant. In sola inquit sparta senescere conducit.  
¶ Telecer autem lacedemonius interrogatus quid mos apud  
eos esset: vt iuniores senioribus assurgerent? Quo inquit ita  
assuefacti maiore honore parentes prosequantur.

De his qui mortem sibi intulerunt. xxxiiij.

¶ Venenum cicuta temperatum massilie publice custoditur.  
Quod dat ei qui causas senatui reddidit propter quas  
mors sit illi expetenda. Quo igitur tempore sextus pompeius  
massilie esset: forte euenit vt summe dignitatis femina. sed vl-  
time iam senectutis. reddita ratione ciuibus cur excedere vita  
deberet. veneno consumi. mortemq; suam pompeij presentia  
clarior fieri magni estimaret. Venit itaq; ad eam pompeij  
facundissimoq; sermone qui ex ore eius quasi e beato quodam  
eloquentie fonte manabat. ab incepto consilio nequicq; reuo-  
care conat: vltimū hanc ppositum exequi passus ē. Que nona-  
gesimū annū transgressa. Tibi quidem inquit sexte pompeij dñi  
magis quos reliquo q̄ quos peto gratias referant. quod nec  
hortator vite mee: nec mortis spectator eē fastidisti. Cohortata  
deinde ad concordiam suos. distributo eis patrimonio. et cultu  
suo sacrisq; domesticis maiori filie traditis. poculū venenatum



constanti dextera arripuit. Tum defusus mercurio delibamentis  
et inuocato numine eius. vt se placido itinere in meliorem in-  
ferne sedis deduceret partem: cupido haustu mortiferam traxit  
portionem. ¶ Romani comperto q̄ hānibule viuo nunq̄ sine  
insidijs forent. legatos in bithyniam ad regē prusiam miserūe  
qui ab rege peterent ne inimicissimum suum secum haberet.  
eisq; dederet. His prusia negare ausus non est: illud recusauit  
ne id a se fieri postularent. q̄ aduersus ius hospicij esset. ipsi  
si possent comprehenderent. locum vbi esset facile inuenturi.  
Hannibal enim vno loco se tenebat in castello quod ei ab rege  
datum erat muneri. idq; sic edificarat. vt in omnibus partibus  
edificij exitus haberet. scilicet verens ne vsu veniret quod ac-  
cidit. Huc cum legati romanorum venissent. ac multitudine  
domum eius circumdedissent: puer ab ianua prospiciens han-  
nibali dixit plures preter cōsuetudinē armatos apparere. Qui  
imperauit ei vt omnes fores edificij circumiret ac propere sibi  
nunciaret. nū eodem modo vndiq; obsideretur. Puer cum cele-  
riter quid esset renunciasset. omnesq; exitus occupatos offen-  
disset: sensit id non fortuito factū. sed se peti. neq; sibi diutius  
vitam esse retinendam. Quam ne alieno arbitrio dimitteret:  
memor pristinarum virtutum venenum quod semper secum ha-  
bere cōsueuerat sumpsit. ¶ Aristoteles sicut a maioribus nr̄is  
accepimus cum non posset eurippi naturam inuestigare. se in  
profundum illius precipitans demersus est. prius tamē sup̄mo  
testatus elogio. Quoniā aristoteles non cepit eurippū. eurippus  
capiet aristotelem. Quid superbius aut furiosius? aut quomō  
potuit deus ingenium illius ceterorumq; similium magis apto  
iudicio condemnare. q̄ vt permetteret illum ex scientie imo-  
derata cupiditate in rabiem verti. et mortem ipsam sibi concis-  
cere: mortem inquam fediozem q̄ sceleratissimi latronis.

¶ De mulieribus claris. xxxv.

eurip' 972



**O**rgo cleomenis regis filia cum aristagoras millesius  
eum hortaretur ut bellum aduersus regem philippum  
pro ionibus gereret: grandemque polliceretur pecuniam. et quo  
magis is contradicebat. eo plus hic pecuniarum adderet. Cor  
rumpet te inquit pater peregrinellus iste: ni celerius edibus  
eieceris. Et cum ei aliquando pater imperasset. ut cuidam mer  
cedis ratione frumentum daret. addidissetque. docuit enim me vi  
num facere mitius. Ita o pater inquit. quando vini plus pota  
bitur: bibentes etiam delicatiores ac deteriores fiunt. Et arista  
goram cum a quodam ex famulis calciari aspiceret. Pater in  
quit nonne peregrinus iste manibus caret? Interrogata vero  
a quapiam attica. Cur sole vos lacene viris imperatis? Quia  
inquit sole etiam viros parimus. **G**ricia cum aliquando ex  
eius filia nepos acrotatus nomine ex quadam pueroꝝ pugna  
multa cepisset verbera. essetque domum delatus ut mortuus: do  
mesticis familiaribusque flentibus. Tacete ait. Non enim fortes  
vociferandi sunt: sed curandi. Cumque multo post nuncius veni  
ret ex creta qui acrotati mortem nunciaret. A ratione inquit  
erat. cum iret aduersus hostes aut interficiendus ab illis: aut  
illos interfectorus. Addiditque libentius eum mortuum audire  
pro matris et urbis et suorum maiorum dignitate. quam si viueret  
one tempus ignauus. **A**rgileonis braside mater cum eius filius diem  
obisset. ut a phibolite redissent: interrogauit si decore et pro  
speritate dignitate filius obierat? Magnificatibus vero illis atque di  
centibus illum lacedemoniorum omnium in opibus optimum fuisse: ait. O hos  
pites. et equus quidem filius meus et bonus fuit: vix multos habet  
lacedemone illo meliores. **V**ix ut de romanis multis mulieribus  
claris vel vna intersera. Julia augusta augusti filia contra cre  
bros patris monitus culta lasciuus oculos eius se turbasse cog  
nouerat: modestiore habitu reuersa mitigare patris indignatio  
nem cogitauit. et obtinuit. Et sentis ne ait cesar quomagis hic



¶ hesternus habitus decet augusti filiam. Non obstupuit illa  
tanti censoris maiestatem. Sed heri inquit me viri: hodie pa-  
tris oculis ornavi. Eadem ab amico sobrio et prudenti monita  
ut se paterne frugalitatis imitatricem faceret. modestosq; illius  
mores in animum induceret. Ille se cesarem esse obliuiscitur in-  
quit: ego cesaris me filiã recorder. Redeo ad lacenas. ¶ Lacena  
quedam filium in bello mortuum audiuit. cumq; tenuis quedã  
anacula accedens dixisset. Cuiusmodi fortune o mulier: Per ge-  
minos bone respondit. Etenim qua gratia eum peperit: ut pro  
sparta moreretur: hoc michi impresentiarum contigit. ¶ Chi-  
orum exules cum spartam venissent: predaretum valde accusa-  
bant. Que ubi mater talentia accepisset. sibiq; filius deliquisse  
videretur: litteras ad eum dedit. Mater predareto. Aut age  
meliora: aut illic mane. Nam si spartam veneris: de salute tibi  
desperandũ est. ¶ Altera filio qui etiam iniurie accusatus erat  
Nate inquit aut crimine: aut vita teipsum absolue. ¶ Altera  
clausũ filium in aciem mittens. Nate ait cum incedis memẽto  
virtutis. ¶ Alia cum filius ab acie pede vulneratus reuertereť  
vehementerq; doleret. Si virtutis inquit nate memineras: cũ  
non dolebis. tum etiam gaudebis. ¶ Alia cum publica pãpa  
fungeretur: audiuit fratrem in acie victorem mori ex vulnerũ  
multitudine. Itaq; minie coronã deposuit: sed exultans potius  
ait ad proximas. Ut multo melius est amice in acie victorem  
mori: q̃ olympiorum superatorem viuere. ¶ Lacon belli vul-  
neratus nec valens incedere. quadrupedum more gradiebatur  
Is quoniam ridiculo esset cum verecundaretur: ait mater. Et  
quanto est nate melius ob fortitudinem letari. q̃ ob ridicula  
fatuorum verecundari. ¶ Damentria lacena cum filiũ audissẽ  
et timidum et seipsa indignum. vbi aduenisset enecauit. iscrip-  
sitq; hoc epygramma.

Hunc timidum mater damentrion ipsa pemit.



Nec dignum matre nec lacedæmonium

**A**ltera lacena filium qui ex acie fugerat interfecit inquiēs  
Non meum est hoc germen. A qua hoc est epygramma.  
Dade malum germen. tenebras pete. quando perosus  
Eurotas: ceruas confluis ad timidas  
Si catulus neq̄ perreperis: ito sub orchum  
Nec sparta dignus nec grañs titulis

**A**lia cum filius cecidisset in acie ait.

Sit flendum timidos. hilaris te nate sepulchro  
Condo meum pariter et lacedæmonium

**A**udiens quedam q̄ seruatus filius esset. fugissetq̄ ex hos  
tibus: scribit ei. Mala de te fama diffusa est. Aut hanc nunc  
elue aut ne sis. **A**lia cum filij fugissent: ex pugna. ad eamq̄  
venissent. Quo inquit venitis ignaua mancipia? An huc vn  
de egressi estis regressuri? Et ea quidem sublatis vestibus pu  
dibunda eis ostendit. **Q**uedam filium aduenientem intu  
ta percunctata est quid ageret patria? Qui cum dixisset om  
nes perire: sublatam tegulam in eum immisit atq̄ interfecit.  
inquiens. Te igitur malum nuncium misere nobis. **Q**uo  
dam matri narrante generosam fratris mortem. Non turpe  
tibi est inquit ab huiusmodi comite aberrasse? **C**um que  
dam filios quinq̄ quos habebat ad id bellū emisisset quod  
in suburbij gerebatur: stetitq̄ expectans aduentum pug  
ne. vbi quis aduenit: atq̄ percunctanti sibi nunciauit filios  
omnes obiisse. At non hoc inquit percunctabar ignauum  
mancipium. sed quid agit patria? Cum dixisset ab ea victori  
am esse. Libenter igitur ait accipio etiam filiorum mortem.

**A**lia filio que ad bellum proficiscebatur cum traderet cli  
peum. Hunc ait tibi pater seruauit semper. Quare tu quoq̄  
vel hunc serua: vel mozere. **L**acena virgo paupercula in  
terrogata quā marito dotem daret? Patriam inquit pudicicia



40  
Alia interrogata an coisset cū viro. Minime ego inquit s3  
ille mecū. **V**acena quis de stupro iterpellauit. Hec aut̄ iquit  
Equidē cum puella essem: didici parere p̄ri. et ego egi. mulier  
aut̄ viro. Si ergo me iusta rogas: huic maifestū facias p̄mū.

**D**ictorie plutarchi cheronenē ad traianum cesarem seu  
addiciones ad valer iū maximū. Feliciter expliciunt.

**F**rancisci petrarche poete laureati. de vera sapientia. Dialoꝝ  
primus. Incipit feliciter. Collocutores sunt ydiota et orator.

**Q**onuēnit pauper quidē ydiota ditissimū ora  
tozem in foro romano. quem facete surridens sic  
allocutus est. **YDIOȚA.** Miroꝝ de fastu tuo. q̄  
tu licet cōtinua lectione defatigeris innumerabiles  
libros lectitando. nundum tamen ad humilitatem ductus sis.  
Hoc certe ex eo. quia scientia huius mundi in qua te ceteris  
precellere putas stulticia quedam est apud deum. et hec inflat  
Ex qua inflatione tumida oritur superbia. q̄ natione celestis  
semper in altum nititur vt grauius cadat. vera autem scientia  
humiliat. que nulla inflatione grauefacta in altum non casura  
volat. Optarem igitur vt ad illam te conferres. quoniam ibi  
est thesaurus leticie. **ORATOR.** Que est hec presumptio tua  
pauper ydiota et penitus ignorās: vt sic paruifacias studium  
litterarum sine quo nemo proficit. **YDIOȚA.** Non est magne  
orator presumptio que me silere non sinit: sed caritas. Nam vi  
deo te deditum ad querendum sapientiam multo casto labore.  
a quo te reuocare si possem. desidero. Ita vt et tu errorem per  
penderes: puto contrito laqueo te euasisse gauderes. Traxit te  
opinio auctoritatis vt sis quasi equus naturaliter liber: sed  
arte capistro alligatus presepi. vt nō aliud comedat nisi quod



sibi ministratur. ORATOR. Si non in libris sapientum est  
sapientie pabulum: vbi tunc est. PDIOTA. Non dico ibi nō  
esse. sed dico naturale ibi non reperiri. Qui enim primo se ad  
scribendum de sapientia contulerunt: non de librorum pabulo  
qui nondū erant. incrementa receperunt. sed naturali alimēto  
ī viros perfectos euadebant. Et hī ceteros qui ex libris se pu  
tant profecisse: longe sapientia antecedunt. ORATOR. Quā  
uis forte sine litterarum studio aliqua sciri possunt: tamen res  
difficiles et grandes nequaquam cum scientie creuerint per addi  
tamenta. PDIOTA. Hoc est quod aiebā scilicet te duci auctori  
tate et decipi. Scripsit aliquis verbum illud cui credis. Ego  
autem tibi dico quod sapientia foris clamat in plateis. et est cla  
mor eius. quoniam ipsa habitat in altissimis. ORATOR. Sa  
pientiam attamen studio ac librorum lectitatione consecutus  
sum. PDIOTA. Rem magnam si vera esset. et inseparabilem  
a virtute. Crede autem michi nunquam si vere sapiens esses: hoc  
diceres. Sapiens enim quantum est quod sibi desit intelligit: nō  
gloziatur itaque. sed suspirat. ORATOR. Sapientem me profi  
teor. PDIOTA. Bene irent res si tot essent sapientes. quot sa  
pientie professores. Nunc illud per difficile est: hoc vero facil  
limum. ORATOR. Studio ad sapientiam pueni. PDIOTA.  
Utique sic ad illam peruenitur: sed an tu perueneris recogita.  
Non est enim res studij breuis egens aliquot annorum vt re  
liq̄ artes. tota vel longissima opus est vita. Si quis vt aiunt  
tota die currens puenit ad vesperam: satis est. Notum est illud  
platonis vt alia multa preclarissimum quod tuo ciceroni placet  
et michi. Beatum cui etiam in senectute contigerit vt sapiam  
verasque opiniones assequi possit. Has tu an calle medio obuias  
habueris miroz. an nescio quo pennato equo vectus ante tem  
pus attigeris. qui tam cito sapiens euasisti. ORATOR. Sapie  
pfectione celitus accepi. Est enim sapientia donum. omne aut donum



desussum est a patre luminum. **VDJOTA.** Est fateor celeste  
donum sapientia. Sed magnus certe vir erat. et dei amicus  
paulus. qui non vt tu de sapientia: sed potius hoc mō aiebat  
Non q̄ iam acceperim aut p̄fectus sim. **ORATOR.** Sapiām  
cupida mente comprehendi. **VDJOTA.** Ut pecunie rerumq̄  
multarū mala: sic sapientie cupiditas bona est. Sed an tu tāte  
rei capax sis videto. Certe ille idem de quo mō memini paulus  
apostolus. Ego me inquit non arbitroz comprehendisse. Et  
ille quoq̄ permagnus erat qui cū deo de seipso loquens aiebat  
Imperfectum meum viderunt oculi tui. Hoc est proprium sa-  
pientis imperfectum suū nosse ac fateri. **ORATOR.** Sapiēs  
dicoz. **VDJOTA.** Non tue. neq̄ aliene voces vnq̄ sapiētem  
fecerunt: sed res ipsa. **ORATOR.** Sapiens vulgo dicoz. **VDJ**  
**OTA.** Vulg⁹ insanos sapientes. et sapientes insanos iure suo  
dicere solet. quod est vt falsa pro veris. et vera pro falsis ha-  
beat. Nichil est a veritate remotius: q̄ vulgaris opinio. **ORATOR.**  
**ORATOR.** Omnes me predicant sapientem. **VDJOTA.** Ad famā  
fortasse aliquid: ad sapientiam nil omnino. Sentio autem. in  
supracriptionibus. et titulis epistolaz quibus nichil est libe-  
rali⁹. Non satis est facere sapientes qui non sunt. sed egregios  
et insignes faciūt. et reuerendos. serenissimos insup et illustres  
vt iam simplex sapientie titulus sit pudori. Qui q̄ paucis tñ  
conueniat: stupor est. Vis autem nosse q̄ sis sapiens. Verte  
oculos retro. Recordare quotiēs in hoc vite cursu cespitaueris  
quotiens offenso pede cecideris. quot pudenda. quot dolenda.  
quot penitenda commiseris: tunc si audes te dicitō sapientem.  
credo autem non audebis. **ORATOR.** Scio me sapientem.  
**VDJOTA.** Litteratum forte vis dicere. Sunt enim plane li-  
terati aliqui. licet pauci. sapientes autem pene nulli. Aliud est  
sapienter loqui. aliud sapienter viuere. aliud dici. aliud esse sa-  
piētem. f̄uere qui dicerēt sapientem. nullum. Id q̄ vex falsum



ve sit: nō disputo. certe nimis prerupta est sententia. et ad des-  
perationem prona. et studio aduersa sapiētie. Hebrei sapiētiē  
salomonem suum predicant. Qui q̄ sapiens esset: turba coniu-  
gum pellicumq; testatur. multoq; magis dñs alienis cult⁹ exhi-  
bitus. ORATOR. At romani sapientem lelium et cathonem  
habuere. grecia ipsa dum floruit septem habuisse dicitur sapi-  
entes. PDIOTA. Hec de antiquis sapientibus. Felicioz etas  
nostra que non vnum. duos ve. aut septem. sed in singulis vrbi-  
bus ceu pecudum greges numerat sapientes. Nec mirum sane  
multos esse: qui tam facile fiant. Venit iuuenis stultus ad tem-  
plum. doctoris insignia recepturus. preceptozes illum sui cele-  
brant. seu amoze seu erroze. tumet ille. vulgus stupet applaudūe  
affines et amici. Ipse iussus cathedrā scādit cuncta iam ex alto  
despiciens. et nescio quid cōfusum murmurans. Tunc maiores  
certatim seu diuina locutum laudibus ad celum tollunt. tinni-  
unt interim campane. strepunt tube. volant auule. figuntur  
oscula. vertici rotundus ac magistralis bonnetus apponitur.  
Dñs peradis descendit sapiens. qui stultus ascenderat. Mira  
proorsus transformatio nec ouidio cognita. Sic fiunt hodie sa-  
pientes. Verus sapiens fit aliter. ORATOR. Sapiens attā-  
men sum. PDIOTA. Solent qui de se magnifice sentiunt con-  
fidenter maiora viribus aggredi. inq; nisu medio prolapsi: suo  
magno vel periculo vel pudore addiscere q̄ iusti rerum estia-  
tozes fuerint suarum. Prestat igitur michi crede fallas opinio-  
nes abicere. insolentiam deponere. insipientiam circumspicere.  
et optare ne qua experiēde sapiētie necessitas incidat que  
declaret te de nichilo glozatum. Hec redioz tutiozq; queren-  
de sapiētie via est. ORATOR. Credo et ego ad sapiētiā  
peruenisse. PDIOTA. At si michi obsequeris: ad illā potius  
assurgēdo itendoq; peruenies. q̄ credendo. Nichil ei ascendit  
alti⁹ q̄ humilitas oposa. ORATOR. Magna michi sapiā ē.



**ΠΡΟΤΑ.** Putassem forsā si tacuisses. Jam me premunisti. quoniam ubi maior iactantia. sapientia minor esse solet. ut tuus ait cycero. Qui se inquit iactat. statim inuenit derisorem. immo et tot irrisores. quod habet auditores. **ΟΡΑΤΟΡ.** Inter sapientes deputatus sum. **ΠΡΟΤΑ.** Unus forsā es de illo grege quorum numerus multus est magnusq. quibus preciosum magis est videri sapientes et non esse: q̄ esse quidem nec videri. Sicut et multi sunt qui iusti potius videri malunt et non esse q̄ esse iusti nec apparere. Primos igitur sophistas vocat aristotiles. secundos ypocritas. Amorum autem effectus fallere est: et in primis seipso. Isti verbis. illi gestibus. alij nutibus gestibus ac verbis iustos et sapientes se ostendunt. stultos autē prauosq. moribus atq. vita. Preterea si tu sapiens esses utiq. non diceres. Quippe non presumit. non inflatur. verum gemit in seipso sapiens. non gloriatur. sed semper q̄ sibi desit poterat neq. acquisita sed acquirenda semper cogitat. Omnia namq. illi desunt qui sibi nil ad sapientiam desse putat. Igitur si velis fieri sapiens: noli: ut iam dixi teipsum opinari sapiētē **ΟΡΑΤΟΡ.** Verus tamen sapiens consensu omnium iudicor. **ΠΡΟΤΑ.** Ad sapientiam veram nemo peruenire potest qui falsa sapientia deceptus est. Stultus igitur fias oportet. ut esse possis sapiens. Perge ergo quousq. tibi stultus videaris: et attigisti sapientiam. Stultus vero tunc demum tibi esse videre: cum ad tui ipsius cognitionem peruenies. Porro cum a sapere sapientia dicit: ille profecto sapiens esse iudicatur cui. res sapiunt prout sunt. qui sic rebus. transitorijs nouit uti: ne eternis obsint. ita quoq. moderate presente uti mūdo. ut quantum potest fruatur ipso deo. Deniq. hec vera sapientia est qua sapit deus sapienti viuenti de spiritu eius. qua vitam suam ordinat. componit mores. adq. dirigit. ac oīa opera sua quodam diuino sapore condit atq. format. qua eos etiam cum quibus



hic uersatur homines oleo laticantis gratie adlinit. ut uiden-  
tes opera eius bona. patrem qui in celis est glouificent. gra-  
tiam habens ad amicos. ad inimicos pacientiam. beneficenti-  
am ad quos potest. et ad omnes beniuolentiam ad quos debet.  
neminem contempnens. neminem iudicans. omnes diligens.  
et saluos fieri optans in uisceribus caritatis. Postremo ut  
breuiter cum uerbis bernardi concludam. Inuenisti inquit  
sapientiam. si mala tua preterita defleas. si presentia hec bona  
paruipendas. si futura bona toto cordis desiderio concupiscas.  
**ORATOR.** Stultum me dixisti fieri oportere: ut sapiens sim  
Quod quidem tunc demum assequi potero ut tu dicis: cum me-  
ipsum nosse incepero. Quo igitur pacto ediffere: mei ipsius no-  
ticiam adipiscar? **YD JOTA.** Reminiscere in primis orator. et  
sepenumero tua in mente reuolue quid sis. Magna siquidem  
mortalium turba ignara sui quid in terris sit agendum. quidque  
in celis agitur querit. pho cuidam persimiles qui siderum cur-  
sus noctu cum astralabis metiretur: in limosam lapsus est spe-  
cum. Quod ancilla sua carchino magno ridens. Verus inquit me-  
us ignorat quod ante pedes est vile lutum et rimari temp-  
tat archana celorum. Debet ergo homo id primum inquirere  
quid sit. Homo inquit porphirius est animal rationale mortale  
Mortale ait gregorius temperet rationale. ne forte in super-  
biam extollatur: et rationale confortet mortale. ne in desperati-  
onem labatur. Hinc bernardus ad eugenium quem modo alle-  
gauit. A te inquit tua consideratio inchoet. ne frustra extenda-  
ris ad alia te neglecto. Quid tibi prodest uniuersum lucrari  
mundum te ipsum perdens? Noueris licet omnia mysteria. no-  
ueris lata terre. profunda maris. alta celi. si te nescieris: simi-  
lis eris viro edificanti absque fundamento. ruinam non structuram  
fatiens. Non est sapiens qui sibi non est sapiens. In acquisitione eius  
salutis tue nemo tibi germanior neque propinquior. hec bernardus.



Sunt preterea nonnulli adeo seu fatui seu elati qui seipsis ignorantiam scientiam diuinorum assequi putant. Sed quo pacto vult ille deum cognoscere: qui seipsum conuincitur ignorare. Nescienti seipsum impossibile est scire deum. Ex sui nempe cognitione oritur humilitas. et timor dei. quid fuit homo nasciturus. quid sit natus. quid mortuus erit. Ex sui vero ignorantia oritur superbia natione ut dixi celestis alta semper appetens ut grauiori casu ad infima ruat. que fecit angelos demones. et demonibus homines corquauit. Ex superbia autem oritur dei ignorantia. ex qua infelix desperatio sepe numero consurgit. Ut vero sine timore dei et humilitate quis potest de salute presumere? Ille solus est vere sapiens ac seipsum intelligens qui vilem se ac paruum reputat. qui vero se magnum aliquid esse existimat: cum non sit fallitur ille. et vera sapientia in eo non est.

ORATOR. Perge vero obsecro. perge inquit. talia michi in audita hactenus verba salutaria enarrare. Sunt enim ut video ad salutem magis accedentia. quam aut cyceronis aut quintilianii reliquorum ve in meis oratorum libris contentorum.

PROFETA. Pergam profecto. idque etiam libens. Vere sapiens et rectus apud deum ille animus est qui cogitat qualis vita non quanta sit. Nempe ut pulchre ait et splendide lactancius. Si ut viuendi: sic et bene viuendi cura nobis esset: infinitos pene labores quibus stulticia estuat humana tanquam superfluos et insanos fugiendos longe vitaremus. Sed heu nemo iam vel admodum rarum quam bene viuat: sed quam diu curat. Cum tamen omnibus in potestate est ut bene viuant: ut diu vero nemini. Quid est autem aliud diu viuere. quam diu torqueri. Et quanto diutius quis in hac vita fuerit: tanto maiori grauat oneratque sarcina peccatorum. Et non vides o orator. immo o quilibet homo quod sic es in vita ista quasi hospes in domo aliena. Qua die nescit hospes vel qua hora dicatur ei. Exi foras. quia quam inhabitas



domus tua non est. Homo quippe vite commodatus est: non  
donat. Sapiens in hac vita sic dies studet agere transitorios  
vt in futura dies eternitatis inueniat. Stude igitur o homo se  
sapiens esse desideras: saltem letaliter non peccare. A veniali  
bus enim. cum septies in die cadat iustus. quis potest omnino  
continere? Quod si peccaueris: orationibus. holocaustis. lacri  
mis. atq; elemosinis tuam quoad potes iusticiam redime. Ut  
enim in ecclesiastico saloñ. Fili peccasti. non adicias iterum. sed  
de pristinis deprecare vt tibi dimittantur. Sed hoc vnum est:  
quod te viribus totis fugere ammoneo. procrastinatio scilicet  
emendationis et penitentie. Dico enī tibi qđ deus qui peccanti  
veniam sponndit: peccanti diem crastinum non promisit. Tes  
tis est tuus in tragediis seneca ita dicens. Nemo tam diuos  
habuit fauentes crastinum qui posset sibi polliceri. Deus enī  
licet veniam vt dixi penitenti promiserit: nō tamen promisit  
ei dare voluntatem penitendi. sicut ne voluntatem peccandi  
dedit. Immittit namq; dyabolus longioris vite securitatem: vt  
inferat perdicionem. Nec dinumerare est possibile quātos hec  
inanis spei fallax vmbra deceperit. Audi qđ pulchre ait gregoꝝ  
Deus quos diu vt conuertantē expectat: non conuersos durius  
dampnat. Audi etiam si vis augustinum supra iohannem ange  
lica potiꝝ qđ humana verba resonantem. Intendant inquit qui  
amant in domino mansuetudinem. et timeant veritatem. Et  
enim dulcis et rectus dominus. Amas qđ dulcis est. time qđ  
rectꝝ est. Tanqđ mansuetus dixit tacui: sed tanqđ iustus nūqđ  
semp tacebo. Misericors et miserator dñs. Ita plane. Adhuc  
adde longanimis: adde adhuc et multū misericors. Sz time qđ  
ē in nouissimo. et verax. Mansuetꝝ dñs. longanimis dñs. mise  
ricors dñs: sz et iustꝝ dñs et verax dñs. Vargit tibi spatiū cor  
reptiois. sz tu plꝝ amas dilationē qđ emendationē. Matꝝ fuisti  
heri: hodie bonus esto. Et hodiernum diē in malicia pegisti:



vel cras mutare. Semper expectas. et de misericordia dei tibi plurimum polliceris. quasi ille qui tibi per patientiam pmisit indulgentiam: promittat tibi etiam prolixionem vitam. Vnde scis quid pariat cristianus dies. Recte dicis in corde tuo. Qñ me correxero: deus omnia michi peccata dimitet. Negare non possumus. Correctis atq; conuersis idulgentiam deus pmisit Nam in quo propheta michi legis quia promisit correpto indulgentiam: non michi legis quia promisit tibi deus longam vitam. Ex vtroq; igitur homines periclitantur et sperando. et desperando. contrarijs rebus. contrarijs affectionibus. Sperando decipitur is qui dicit. Non est deus. misericors est deus. faciam quod michi placet. quo libet laxem habenas cupiditatis meis. vt impleam desiderium anime mee. Quare hoc? quia misericors est deus. bonus est deus. mansuetus est deus. Spe isti periclitantur. Desperatione autem qui cum inciderint in graua peccata putantes sibi non posse iam ignosci penitentibus et statuentes se ad dampnatione sine dubio destinatos: dicunt a quod seiplos. Jam dampnandi sumus: quare non quod volumus facimus? Ideo molesti sunt desperati. Jam enim quod timeant non habent. et vehemeter timendi sunt. Istos desperatio necat illos spes. Inter spem et desperationem fluctuat animus. Metuendum est ne te occidat spes: et cum speras multum de misericordia: incidas in iudicium. Metuendum est rursum ne te occidat desperatio. et cum putas iam tibi non ignosci que graua commisisti: non agas penitentiam. et incurras in iudicem sapientiam que dicit. Et ego vestre perditioni superridebo Quid ergo egit deus cum periclitantibus vtroq; morbo? Illis qui spe periclitantur hoc dicit. Ne tardes couerti ad dominum neq; differas de die in diem. Subito enim venit ira eius. et in tempore vindicte disperdet te. Illis qui desperatione piclitantur quid dicit? In quacumq; die iniquus conuersus fuerit: omnes



iniquitates eius obliuiscar. Propter illos ergo qui desperatione periclitantur proposuit indulgentie portum: propter illos vero qui spe periclitantur et dilationibus includuntur. fecit diem mortis incertum. Quando veniat ultimus dies nescis. Ingratus es. quia hodiernum habes in quo corrigaris. Hinc dixit ad peccatricem mulierem dominus. Nec ego te condempnabo. Vade deinceps iam noli peccare. Sed facta secuta de preterito: caue futura. Nec ego inquam te condempnabo. Deleui quod commisisti. obserua quod precepi. vt iuenias quod promisi. hec aug<sup>9</sup>. Audisti iam augustinum o orator. audito etiam et crisostomum super iohannem sic dicentem. Quid e latrone et homicida deterius? Nonne vltima hec species malicie est? Et tñ ad summū virtutis confecti puenit. et ipm migravit paradisu non dieb<sup>9</sup> indigens. non vna die. sed breui momento. Quare licet repete trāspōni. et fieri aureū ex luteo. Quia ei nō natura virt<sup>9</sup> aut malicia est: facilis est trāspōitio ab ōni necessitate eruta. Si uolueritis et audieritis me ait dñs: bona terre comedetis. Vides qm voluntate indiget sola. voluntate quidem non cōmuni et nuda que est multoz: sed studiosa que paucoz est. Quia ōnes noui in celū velle euolare nunc. sz p opera oportet voluntatē ostendere. Etenim negociator vult ditari. sed non vsq; ad mētem voluntatē sistit. sed nauem construit. et congregat nautas. et rogat gubernatorem. et in ōnibus alijs preparat nauim et pecuniam feneratur et trāsit pelagus. et ad extera vadit terram. et pericula suffiet multa. et alia oīa q sciūt qui mare nauigant. Ita et nos oportet volūtātē ostendere. Nauigam<sup>9</sup> enī et nos nauigationē non eā q a terra in terrā: sz eā q a terra in celū. Construam<sup>9</sup> igitē mentē nrām ad aptā gubernationē q sursum fert. et nautas ei obediētes. et nauim solidā. vt neq; circūstantia neq; tristitia submergat mūdiali. neq; elationis eleuet spū. sed bñ p̄cincta sit et leuis. Si sic quidē nauē



sic vero gubernatorem et nautas preparabimus: cum aptitudinem ventorum nauigabimus. et filium dei qui verus est gubernator attrahemus ad nos ipsos. Qui non dimittit submergi nauim nobis. sed et si infiniti flauerint venti: et ventos increpabit et mare. et pro fluctuatione multam tribuet tranquillitatem hec crisostomus. Verumtamen que supradicta sunt fere omnia de sola creata et que homini inesse potest sapientia dixerim. Est quidem et alia sed increata sapientia longe illa prestantior. longeque differentior. et tanto quidem quanto finitum ab infinito. eternum a temporali differt. Media tamen ista ad illam: et non aliunde peruenitur. ORATOR. Ut audio cum te ydiotam reputes: sapere tamen non modicum videris. YDIOTA. Hec est fortasse inter te et me differentia. Tu te sapientem putas: cum non sis. hinc superbis. Ego vero ydiotam me esse cognosco: hinc humilior. et in hoc forte doctior existo. ORATOR. Quo modo ductus esse potes ad scientiam ignorantie tue: cum sis ydiota? YDIOTA. Non ex tuis: sed ex dei libris. ORATOR. Qui sunt illi? YDIOTA. Quos suo digito scripsit. ORATOR. Vbi reperiuntur? YDIOTA. Vbi per. ORATOR. Igitur et in hoc foro. YDIOTA. immo et iam in capite libri dixi quod sapientia clamat in plateis. ORATOR. Optarem audire quomodo. YDIOTA. Si te absque curiosa inquisitione affectum conspicerem: magna tibi panderem. ORATOR. Potes ne breui tempore efficere: ut quid velis degustem? YDIOTA. Possum. ORATOR. Contrahamus igitur nos in hanc tonsoris proximam queso apothecam. ut sedentes quietius loquamur. Placuit ydiote. Et intrantes locum. aspectum in forum vertentes: sic exorditus est ydiota sermonem.

Francisci petrarche de vera sapientia dyalogus  
primus explicit feliciter. Incipit secundus.



**Q**uoniam tibi in precedentibus dixi sapientiam clamare in plateis. et quod clamor eius est ipsam in altissimis habitare: hoc tibi ostendere sic conabor. Et primum velim dicas. quid hic aspicias in foro? ORATOR. Video ibi numerari pecunias. in alio angulo ponderari merces. ex opposito mensurari oleum et alia. YD JOTA. Hec sunt opera rationis illius per quam homines bestiis antecellunt. Nam numerare ponderare et mensurare bruta nequeunt. Attende nunc orator per quem. in quo. et ex quo hec fiunt. et dicito michi. ORATOR. Per discretionem. YD JOTA. Recte dicis. Per quid autem discretio? Nonne per unum numeratur? ORATOR. Quomodo? YD JOTA. Nonne unum est unum semel. et duo est unum bis. et tria est unum ter. et sic deinceps? ORATOR. Ita est. YD JOTA. Per unum igitur fit omnis numerus. ORATOR. Ita videtur. YD JOTA. Sicut igitur unum est principium numeri: sic pondus minimum est principium ponderandi. et mensura minima principium mensurandi. Docet igitur illud pondus uncia. et mensura petrum. Nonne sicut per unum numeratur. ita per unitatem ponderatur. et ex petro mensuratur? Nonne hec sic se habent? ORATOR. Immo YD JOTA. Per quid autem attingitur unitas. per quid uncia per quid petrum? ORATOR. Nescio. Scio tamen quod unitas non attingitur numero. quia numerus est post unum. Sic nec uncia pondere. nec petrum mensura. YD JOTA. Optime ais orator. Sicut enim simplex prius est natura composito: ita compositum natura posterius. Unde compositum non potest mensurare simplex. sed e converso. Ex quo habes quomodo illud per quod ex quo et in quo omne numerabile numeratur non est numero attingibile similiter illud per quod ex quo et in quo omne ponderabile ponderatur non est pondere attingibile. similiter et id per quod ex quo et in quo omne mensurabile mensuratur non est mensura attingibile



ORATOR. Hoc clare conspicio. **PROFETA.** Hunc clamorē  
sapientie in plateis trāsser ī altissimis. vbi sapientia habitat  
et multo delectabili ora reperies q̄ in omnibus ornatissimis  
voluminibus tuis. **ORATOR.** Nisi quid per hoc velis expo  
nas: non intelligo. **PROFETA.** Nisi ex affectu oraueris prohi  
bitus sum ne faciam. Nam secreta eterne a q̄ iereate sapiētie  
non sunt omnibus passim aperienda. **ORATOR.** Multum de  
sidero te audire. Et ex paucis inflammoz. Ea enim que iam  
premissisti aliquid magni futurum enunciant. Rogo igitur vt  
īcepta prosequaris. **PROFETA.** Nescio si liceat tanta secreta  
de tegere. et tam altam profunditatem facilem ostendere. Tamē  
nequeo me cōtinere quin tibi complaceam. Ecce frater. Summa  
sapientia est hec. vt scias quomodo in similitudine iam dicta  
attingitur inattingibile inattingibiliter. **ORATOR.** Mira  
dicis et absōna. **PROFETA.** Hec est causa cur occulta non de  
bent cōmunicari ōnibus. quia eis absōna videntur. Admiraris  
me dixisse sibi contradicentia. Dico autem q̄ sicut iam ante de  
vnitate vnica et petito dixi: ita de omnibus quoad omnium  
p̄ncipium dicendum. Nam omnium p̄ncipium est per quod  
ex quo et in quo omne p̄ncipiabile p̄ncipiatur: et tamē per  
nullum p̄ncipiatum attingibile. Ipsum est per quod ex quo  
et in quo omne intelligibile intelligitur. et tamen est itellectu  
īntelligibile. Et similiter per quod ex quo et in quo omne fa  
bile fatur: et tamen est fatu ineffabile. Sic est p̄ quod ex quo  
et in quo omne terminabile terminatur: et tamen est termino  
interminabile. et sine infinibile. Tales facere potes innumera  
biles verissimas p̄positiones. et ōnia tua oratoria volumina  
illis implere. et alia sine numero illis addere. vt videas quō  
sapientia in altissimis habitat. Altissimum enim est quod alti⁹  
esse non potest. Sola infinitas est illa altitudo. Vnde sapiētia  
quam cum omnes homines natura scire desiderant. cum tanto



mentis affectu querunt non aliter scitur quod ipsa est omni scientia altior et inscibilis. et omni loquela ineffabilis. et omni intellectu intelligibilis. et omni mensura imensurabilis. et omni proportione improportionabilis. et omni ymaginatione ymaginabilis. et omni sensatione insensibilis. et omni tractatione intractabilis. et omni gustu ingustabilis. et omni auditu inaudibilis. et omni visu inuisibilis. et omni apprehensione inapprehensibilis. et omni affirmatione inaffirmabilis. et omni negatione innegabilis. et omni dubitatione indubitabilis. et omni opinione iopinabilis. Et quia omni eloquio est inexpressibilis harum locutionum non potest finis cogitari. cum omni cogitatione sit incogitabilis ipsa gloriosa atque eterna sapientia per quam ex qua et in qua omnia. ORATOR. Hec indubie maiora sunt quam a te audire putabam. Non cesses queso me illo ducere ubi aliquid talium altissimarum theoziarum tecum quam suaviter degustem. Nam video te non satiari semper de illa sapientia loqui. Maxima autem ut puto dulcedo hoc agit. quam nisi interno gustu saperes: teno tantum alliceret. **PROLOGA.** Sapientia est que sapit. qua nichil dulcius intellectui. Neque censendi sunt quouismodo sapientes qui verbo tantum et non gustu loquuntur. Illi autem cum gustu de sapientia loquuntur qui per eam ita sciunt omnia. quam nichil omni. Per sapientiam enim. et ex ipsa. et in ipsa est omne internum sapere. Ipsa autem quia in altissimis habitat nullo sapore est gustabilis. Ingustabiliter ergo gustatur. cum sit altior omni gustabili sensibili. rationali et intellectuuali. Hoc est autem ingustabiliter et a remotis gustare. quasi si odor quidem dici potest pregestatio ingustabilis. Sicut enim odor ab odorabili multiplicatus in alio receptus nos allicit ad cursum. ut in odoze unguentozum ad unguentum curratur: ita eterna et infinita sapientia cum in omnibus reluceat nos allicit ex quadam



pregustatiōe affectuum vt mirabili desiderio ad ipsam feramur  
Cum enim ipsa sit vita spiritalis intellectus qui in se habet  
quandam connaturatam pregustationē per quam tanto studio  
inquirat fontem vite sue quem sine pregustatione non quere  
ret. Hinc ad eam vt ad propriam suam vitam mouetur. et  
dulce est omni spiritui ad vite principium quod inaccessibile  
continue ascendere. Et quando eo ducitur vitam suam querēs  
tanto plus gaudet quāto suam vitam infinitam atq; imortale  
conspicit. Et sic euenit vt inaccessibilitas siue incomprehensi  
bilitas infinitatis vite sue sit sua desideratissima comprehensio  
Quasi si quis haberet thesaurū pecunie. et ad hoc pertingeret  
quod illum sciret innumerabilem imponderabilem et immensurabile  
hec scientia incomprehensibilitatis est gaudiosa et optatissima  
comprehensio. non quidem vt ad comprehendentem refertur.  
sed ad ipsum amosissimum thesaurum. Quasi si quis amet  
aliquid: hic gaudet in amabili infinitas et inexpressibiles amo  
ris causas reperiri. Et hec est gaudiosissima comprehensio  
amantis. quando incomprehensibilem esse amati amabilitatē  
comprehendit. Nequaquam enim tantum gauderet se amare scdm  
aliquid comprehendibile amatum: sicut quando sibi constat amati  
amabilitatē esse penitus imensurabilem infinitam interminabilem  
ac incomprehensibilem. Hec est gaudiosissima incomprehensibilitatis  
comprehensio. ORATOR. Intellego. forte iudicabis. Nā hec  
videtur tua intentio. quod principium nostrum per quod ex quo et  
in quo sumus et mouemur tunc gustatur a nobis vt principium  
medium et finis. quoniam eius vitalis suauitas in gustabiliter gustatur  
per affectum. et incomprehensibiliter comprehenditur per intellectum  
Et vero qui ipsum gustabiliter gustare et comprehendibiliter  
comprehendere nititur: ille penitus est sine gustu et intellectu. ¶  
O T A. Optime cepisti orator. Ob hoc qui non aliud sapientiam  
putant quam id quod est intellectu comprehendibile et non aliud felicitatem



putant quod eam que est attingibilis per eos: hi longe sunt a  
vera sapientia eterna et infinita. sed conuersi sunt ad finibilem  
quandam quietem. ubi putant leticiam vite esse. sed non est.  
Hinc se deceptos comperientes in cruciatu sunt. Nam ubi feli-  
citatem esse putabant. ad quam se omni conatu conuertebant  
ibi erumpnam reperiunt et mortem. Sapientia enim infinita  
est indeficiens vite pabulum de quo eternaliter uiuit spiritus  
noster. qui si rectus est non nisi sapiam et ueritatem amare potest  
Omnia enim intellectus appetit esse. suum esse est uiuere. suum  
uiuere est intelligere. suum intelligere est pasci sapientia et ue-  
ritate. Unde intellectus qui non est degustans claram sapientiam  
hic est ut oculus in tenebris. Est enim oculus sed non uidet.  
quia non est in luce. Et quia caret uita delectabili que consistit  
in uidere: tunc est in erumpna et cruciatu. et hec est mors po-  
tius quam uita. Sic intellectus ad omne aliud quam ad eterne sapie-  
pabulum conuersus: se extravitam quasi in tenebris ignorantie  
inuolutum. potius mortuum quam uinum reperiet. Et hic est cru-  
ciatus mirabilis. intellectualem esse habere: et nunquam intelligere  
Sola enim eterna sapientia est in qua omnis intellectus intel-  
ligere potest. ORATOR. Pulchra certe atque rara et michi gra-  
tissima narras. Nunc a te queso quomodo eleuari queam ad aliam  
qualem gustum eterne sapientie. PROTA. Eterna sapientia  
in omni gustabili gustatur. Ipsa est delectatio in omni delectabili  
ipsa est pulchritudo in omni pulchro. ipsa est appetitio in omni  
appetibili. et sic in cunctis delectabilibus uel desiderabilibus  
dicito. Quomodo ergo tunc potest non gustari? Nonne uita est  
gaudiosa quando est secundum desiderium tuum? ORATOR. Im-  
mo nichil plus. PROTA. Cum ergo hoc desiderium tuum non  
sit nisi per eternam sapientiam ex qua et in qua est: et hec uita  
felix quam desideras similiter non sit nisi ab eadem eterna sa-  
pientia in qua est. et extra quam nequit esse. Hinc non aliud in omni



desiderio intellectualis vite desideras quod eternam sapientiam.  
que est desiderij tui complementum. principium medium et finis  
Si igitur est tibi dulce hoc desiderium immortalis vite. ut eterna  
liter feliciter viuas: quandam in te pregustrationem experiris  
eterne sapientie. Nichil enim penitus incongruum appetitur.  
Sunt enim poma apud indos quorum pregustrationem cum  
non habemus. ea non appetimus. Sed cum sine nutrimento  
vivere non possumus: appetimus nutrimentum. Habemus autem nu  
trimenti quadam pregustrationem ut vivamus sensibiliter. Et hinc  
puer quaedam habet lactis pregustrationem in sua natura. quare  
dum esurit: ad lac movetur. Ex quibus enim sumus ex illis nu  
trimur. Sic intellectus noster habet vitam suam ab eterna sa  
pientia. et huius habet aliqualem pregustrationem. Unde in  
omni pascencia que sibi ut vivat necessaria est non movetur  
nisi ut inde pascatur a quo habet hoc intellectuale esse. Si igitur  
in omni desiderio vite intellectualis attenderes a quo est intel  
lectus. per quod movetur. et ad quod: in te comperires dulcedinem  
eterne sapientie illam esse que tibi facit desiderium tuum ita  
dulce ac delectabile. ut inenarrabili affectu feraris ad eius com  
prehensionem. tanquam ad immortalitatem vite tue. quasi ad ferum  
et magnetem attendas. Habet enim ferum in magnete quoddam  
sui fluxus principium. Et dum magnes per sui presentiam ex  
citatur ferrum graue et ponderosum: tunc mirabili desiderio fertur  
etiam supra motum nature quo secundum gravitatem deorsum tendere  
debet. et sursum movetur. se suo principio uniendo. Nisi enim  
in ferro esset quedam pregustratio naturalis ipsius magnetis:  
non moueretur plus ad magnetem quam ad alium lapidem. Et  
nisi in magnete esset maior inclinatio ad ferrum quam ad cuprum:  
non esset illa attractio. Habet igitur spiritus noster intellectu  
alis ab eterna sapientia principium sic intellectualiter eundi.  
quod esse est conformius ipsi sapientie quam esse non intellectuale.



Hinc irradiatio seu imissio in sanctam animam est motus desideriosus in excitatione. Qui enim querit motu intellectuali sapientiam: hinc eterne tactus ad pregustandam dulcedinem sui oblitus: rapitur in corpore quasi extra corpus. omnium sensibilibus pondus eum tenere nequit. quousque se uniat attrahenti sapientie. Et tunc ex stupida admiratione sensum linquens insanire facit animam. ut cuncta preter ipsam nichilifaciat. et talibus dulce hunc mundum linquere. ut expeditius ferri possint in ipsam immortalitatis sapientiam. Hec preguatio facit sanctis omne apparens delectabile abhominabile. et omnia corporalia tormenta propter ipsam citius adipiscendam equissimo animo ferre. Hec nos instruit hunc nostrum spiritum ad ipsam conuersum nunquam deficere posse. Si enim hoc corpus nostrum spiritum omni sensibili ligamento tenere nequit: quin audivissime ad ipsam corporeo dimisso officio feratur. nequaquam deficiente corpore deficere potest. Hec enim est eius assimilatio que spiritui nostro naturaliter inest. per quam non quietatur ymago nisi in eo cuius est ymago. a quo habet principium medium et finem. Diua autem ymago per vitam motum ex se exerit ad exemplar in quo solum quiescit. Nam vita ymaginis non potest in se quiescere. cum sit vita vite veritatis. et non sua. hinc mouetur ad exemplar ut ad veritatem sui esse. Si igitur exemplar est eternum. et ymago habet vitam in qua preguat suum exemplar: idcirco desideriose ad ipsum mouetur. Et cum motus rei vitalis non possit quiescere nisi in infinita vita que est eterna sapientia: ideo non potest cessare spiritualis ille motus qui nunquam infinitam vitam infinite attingit. Semper enim tam gaudiosissimo desiderio mouetur ut attingat. quod nunquam de delectabilitate attactus fastiditur. Est enim sapientia eterna cibus saporosissimus qui satiando desiderium sumendi non minuit. ut in eterna cibatione nunquam cesset delectari. ORATOR



Indubie te optime dixisse teneo. Sed valde referre video iter  
gustum sapiētie et ea que de gustu pferri possunt. ¶ **AD JOTA**  
Bene dicis. et placet a te hoc verbum audisse. Sicut enim oīs  
scientia de gustu rei nunq̄ gustate vacua et sterilis est. quousq̄  
sensus gustus attigat. Ita de hac sapientia quam nemo gustat  
per auditum. sed solum ille qui eam accipit in interno gustu.  
Ille p̄hibet testimonium non de hīs qui audiuit. sed in seipso  
experimentaliter gustauit. Scire multas amoris descripiōes  
quas sancti nobis reliquerunt sine amoris gustu vanitas que  
dam est. Quapropter ad querendam eternam sapientiā non  
sufficit scire que de ipsa leguntur. sed necesse est post p̄ intel-  
lectus reperit vbi est. q̄ eam affectu suam faciat. quasi qui in-  
uenit agr̄ i quo est thesaurus non potest gaudere de thesauro  
in agro non suo existente. quare vendit omnia. et emit agr̄  
illum. vt in suo agro habeat thesaurum. Vnde oportet omnia  
vendere et dare. Non vult enim eterna sapientia haberi nisi  
ibi vbi habens nichil de suo tenuit vt eam haberet. Id autē  
quod de nostro habemus vicia sunt. de eterna vero sapientia  
non nisi bona. Quapropter spiritus sapientie non habitat in  
corpore subdito peccatis. neq̄ in maliuola anima. sed in agro  
suo puro. et sapientiali munda p̄magine. quasi i templo sancto  
suo. Vbi enim eterna habitat sapientia: ibi est ager dominic⁹  
ferens fructum imortalem. Est enim ager virtutum quem sapi-  
entia colit. ex quo nascuntur fructus sp̄uales qui sunt iusticia  
pax fortitudo temperantia castitas patientia: et ceteri tales.  
Et licet eterna sapientia se omnibus cōmunicet liberalissime  
cum sit infinite bona: tamen a nullo capi potest vti est. ¶ **Ad p̄**  
titas enim infinita non potest in alio recipi. cum in alio aliter  
recipiatur. et cum non possit in alio nisi aliter recipi tunc reci-  
pitur meliori modo quo potest. Sed imultiplicabilis infinitas  
in varia receptione melius explicatur. magna enim diuersitas



inmultiplicabilitatem melius exprimit. Ex quo euenit vt sapi-  
entia in varijs formis varie recepta hoc efficiat vt quelibet  
ad ydemptitatem vocata modo quo potest sapientiam partici-  
pet. Vt quedam eandem pticipent in quodam valde distanti  
a prima forma quibus vix esse elemētale tribuit. Alia adhuc  
in nobiliori gradu quibus vitam prebet vegetabilem. Adhuc  
alia in altiori quibus vitam sensibilem. post hoc quibus anīa  
lem. deinde quibus rationalem. demum quibus intellectualem.  
et hic gradus est altissimus proximior scilicet sapiētie ymago  
Et hic solus est gradus habens promptam et innatam aptitu-  
dinem se ad sapientie gustum eleuandi. quia in illis intellectu-  
alibus naturis ymago sapientie viuit vita intellectuali. Cuius  
vite vis est ex se vitalem motum exerere. qui motus est per  
intelligere ad suum proprium obiectum quod est veritas ab-  
soluta que est eterna sapientia pergere. **N**unc itaq; pro  
hoc breui tempore hec sic dicta sufficiāt. vt scias sapientiam  
esse non in arte oratoria. aut in magnis voluminibus. sed in  
separatione ab istis sensibilibus. ac in conuersione ad simpli-  
cissimam et infinitam formam. et illam recipere in templo pur-  
gato ab omnivicio. et feruido amore ei iherere. quousq; degus-  
tare eam queas. et videre q̄ suavis sit illa in qua est omnis  
suauitas. Qua degustata vilescunt tibi omnia que nunc tibi  
magna vident. et humiliaberis vt nichil arrogantie in te rema-  
neat. neq; aliud quocumq; vicium. quin castissimo et purissimo  
corde semel degustate sapientie indissolubiliter adherebis. etiā  
hunc mundum et cuncta que non sunt ipsa magis q̄ ipsam de-  
serendo. Et cū idicibili leticia viues ac morieris. et p̄ mortē  
in ipsa amozosissimo āplexu eternaliter requiesces. Quod tibi  
et michi cōcedat ipsa dei sapientia semper benedicta.

f. petrarche de vera sapia dyalog⁹ secund⁹. Explicit feliciter.